
INSTITVTIONES IVRIS CIVILIS, DIVI IVSTINIANI PRINCIPIS IMPERIO

à Triboniano, Dorotheo, ac Theophilo Triumuiris conscriptæ: & ab Accursio optimis Commentarijs illustratæ: nunc multo diligentius, quàm quæ hactenus exierunt emendatæ labore, & opera Hieronymi Messaggij Patauini Iurecon.

Fontes iuris ciuilis ac duodecim tabularum leges siue fragmenta.

QVIBVS ACCESSERVNT, ALDOBRANDINI Ferretti, Baroni, Messaggij, & aliorum Clarißimorum Iureconsultorum lucubrationes, & luculentißima Annotationes.

Lectionum denique uarietates, ac multorum locorum qui ex alijs uetustißimis Codicibus restituti sunt castigationes, quas ipse Hieronymus Messaggius obseruauit.



VENETIIS,

Apud Franciscum Laurentinum, de Turino,

M D L X I.

CLARIS ET ORNATISSIMO VIRO, FEDERICO BADVARIO
Patritio Veneto Senatori amplißimo.

HIERONYMVS MESSAGGIVS Patauinus Iur econsultus. S. P.



RAECLARA *ea mihi semper uisa est sententia, quæ docet nos sic actiones nostras componere, ut ne uitam silentio quod aiunt præterijße nos pœniteat, quod cum antehac sæpenumero mecum ipse repeterem, quippe qui ocij ac studiorũ meorũ rationem aliquã apud literatos, atque eruditos homines constare magnopere cuperem, cum per aliquot annos iuri ciuili operam dederim, operæpretium esse duxi si laborum ac uigiliarum mearum specimen aliquod ederem, tum ut amicorum, & propinquorum meorum expectationi de me aliqua ex parte satisfacerem, tum ut animum, & ingeniolum nostrũ ad maiora suscipienda excitarẽ. Conscripsi igitur quasdam in libros Institutionum Iustiniani. Notas siue Annotationes quàm potui diligentißime, quæ accederent ijs quæ ab Aldobrandino, Ferreto, Barone atque ab alijs Clariss. Iureconsultis editæ fuerunt, obseruaui præterea lectionum uarietates ac multorũ locorum qui ex alijs uetustißimis Codicibus restituti sunt castigationes, &, ut nihil antiquitatis pœnitus ignoretur, Fontes iuris ciuilis, ac duodecim tabularũ leges, siue fragmenta in huiusce libri aditu tanquam in uestibulo præposui. Verum cum inuidorum ac improborũ iniurias & calumnias timerem, cœpi ualde dubitare, cui hæc nostrorũ laborum monumenta dicarem, cuius tutelæ ac patrocinio cõmissa tutius in lucem prodirent, neque eorum maledictis deterrerẽntur, cum autem te intuerer, maximum*

omnium idoneus occurristi, cuius nomini ea consecrare, ... ea tibi potius quàm alijs deberi ob tuā in omnes beneuolentiā & singularem humanitatem, de cuius laudibus nunc prædicarem si non alium oratorem longe eloquentißimum res ipsas postularet. Quis enim nisi maximus orator merito laudet doctrinam summā uitæ ... itatem, sanctißimos mores tuos uir illustrißime? qui nō modo præclaram urbem Venetiarum, sed etiam uniuersum terrarum orbem nobilitate generis tui, ac bene actæ uitæ tuæ splendore illustras. Quid de familia tua dicam? Fuit enim profecto semper omnibus Baduariæ familiæ uiris inclyta quædam ad amplitudinē, & gloriā, & res magnas bene, fœliciterque gerendas Veneti Senatus diuinitus adiuncta cū propria uirtute fortuna secunda, Cuius facti & rerū gestarum gloria libros plenos omnes, pleniorē exemplorum uetustatem habemus: quorū nulla pars omniū (ut aliorum) iacere potest in tenebris, quia uos lumen accenditis, & hæreditarium habetis, sed ut ad te redeam Federice uir præstantißime, qui tua præstātia & animi splendore cæteros fere extinctos illuminas, et pietatis tuæ meritis cæteris satisfacis oībus qui talē uitā uiuis ut ab unoquoq; uirtutū genere cōplectēdo nullo unquā tempore, aut cōmodo, aut occio abstraharis, aut uoluptate auoceris, aut negligentia retarderis, sed tui imaginem ita uirtute præclarā finxit natura, ut non solū ad illā inspiciendā, uerū etiam multo magis ad imitandam oībus quasi exemplum insigne proposuerit, cuius aūt rei eodem te & duce, & comite, omnes perspectam admirantur, æmulantur, prosequuntur, ac postremò uenerantur. Accipe igitur quæso hos nostrorum studiorum primos fructus, quos (qualescunque sint) tibi ac nomini tuo dicamus atque consecramus Aegyptiorum morem imitati, qui laborum suorum primitias Mercurio Trismegisto offerebant. Quare rogo te ut eos, quæ tua est benignitas ac humanitas, læto animo accipias, patiarisque ut meum in te amorem testificentur. Vale Venetijs Calen. Mart. M D LVIII.



INDEX PER ALPHABETVM RVBRICARVM INSTITVTIONVM.

A



FINIS.



INDEX RERVM ET VERBORVMQVE TOTO HOC OPERE CONTINENTVR.

Actio

Et

actus

Et

argu-

B

Et

debitor

doct-

domi-

E

F

forum

G

hęres

hominis

I

 tem

L

codem

Limitata

M

quan-

pater

f posi-

seruus

eod

solenni-

T

tempora

FINIS.

FONTES IVRIS CIVILIS

LGGES ROMVLI.

I.

NE Quid inaugurato faciunto,

II.

Patres sacra magistratusque soli peragunto incuutoque.

III.

Sacrorum omn ium potestas sub regibus esto, sacra patres, custodiunto.

IIII.

Plebeij agros colunto.

V.

Populus magistratus creãto.leges sciscunto bella decernunto.

VI.

Deorum fabulas ne credunto.

VII.

Deosperegrinos pter Faunũ, ne colũto

VIII.

Nocturnas ĩ tẽplo vigilias ne habẽto.

IX.

Ne qs psẽtibus fœminis obscæna verba facito.

X.

Quisq; demisśã ad tales rogam in vrbe habeto.

XI.

Parricidas omnes capite puniunto.

XII.

Ne qs nisi ꝑ portas vrbẽ ĩgreditor, ne ue egreditor. Mœnia sacrosãctæsũto

XIII.

Mulier viro legitime cõiũcta fortunarum & sacrorũ socia illi esto. vtque domus ille dñs, ita hæc domina.

XIIII.

Filia vti patri, ita defuncto viro hæres (esto.

XV.

Adulterii cõuictã vir & cognati, vti volent, necanto.

XVI.

Si vinum biberit, domi vt adulterã puniunto.

sXVII.

Parentum liberos omne ius esto relegandi, vendendi & occidendi.

XVIII.

Monstrosos parins sine fraude cedũto

QVAE DAM

QVAEDAM DVODECIM TABVLARVM Capita, ex antiquorum monimentis collecta.

I.

Priuilegia nisi centuriatis comitiis ne irroganto.

II.

Qui sepem in confinio ponet, terminū ne excedito, qui murum, pedem derelinquito qui domum, pedes duos, qui sepulchrum foueam ue, quātum id profundum erit, qui puteum, passum, qui oliuam, ficumue pedes nouem, qui denique arbores alias arbores plantabit, quinque pedes ab alieno loco ponito in controuersia de finibus, quinque pedum vsucapio, nulla est.

III.

Eius arboris, quæ in alienum agrum impenderet, ramos quindecim pedes altius a terra. ius esto vicino.

IIII.

Viæ latitudo in porrectum, octo pedū esto in aufractum, sedecim.

V.

Ne quis vnciario, fœnore amplius exerceto.

VI.

Sodalibus, qui eiusdem collegii sunt & ius coeūdi habēt, potestas esto pactionis quā volent inter se ineūdæ. dū ne q̄d ex publica lege corrūpāt.

VII.

In contractibus ea præstantor, quæ lingua nuncupata sunt.

VIII.

Venditæ & traditæ res nō aliter emptori acquirūtur, q̄ si is venditori pretiū soluerit, vel alio mō satisfecerit.

IX.

Vsus & auctoritas fundi, bienniū esto cæterarum rerum vsus annuus esto.

X.

Aduersus hostē æterna auctoritas esto.

XI.

Rei furtiuæ æterna auctoritas esto.

XII.

Tignum iūctū ædibus vineisue ne soluito, sed duplum qui iunxit dato.

XIII.

Glandem in alienum fundum decidētem colligere liberum esto.

XIIII.

Si in ruo alienum pecus pascatur, de pastu pecoris. actio esto.

XV.

Si quadrupes pauperiem fecerit, ei cuius interent. aduersus eum, qui dominus erit. aduersus eum, qui dominus erit quadrupedis, actio noxalis esto.

XVI.

Patricii cum plebeiis coniugium ne contrahunto.

XVII.

In decem mensibus hominem gigni.

XVIII.

Parentibus liberos ter vendendi ius atque potestas esto.

XIX.

Statuliberos venundari posse.

XX.

Vti quis legassit, super pecunia tutela ne suæ rei, ita ius esto.

XXI.

Parentibus tutorum liberis in potestate dandorum testamento ius esto.

XXII.

Quibus testamēto tutor datus nō est, agnati tutores legitimi sunto.

XXIII.

Si furiosus est, agnatorum gentiliūque in eo pecuniaue eius potestas esto.

XXIIII.

Prodigo bonis interdictum esto. isque in curatione agnatorum esto.

XXV.

Suspecti tutoris iudicium esto.

XXVI.

Vti quis legassit suæ rei, ita ius esto.

XXVII.

Intestatorum hæreditates primo suorum hæredum, velint nolint. sunto. & in locum filiorum, nepotes ex iis, succedunto.

ſuccedunto.

XXVIII.

His deficientibus agatus proximus familiam habeto.

XXIX.

Inteſtato liberto mortuo primnm ſui ſuccedũto, ſi ibi nõ fuerint. patron⁹

XXX.

Si pluribus hęreditas iure delata ſit, atq; hi a communione diſcedere volent, familię erciſcundæ iudicio inter eos res hæreditariæ diuiduntor.

XXXI.

Hominem mortuum in vrbe ne ſepelito, ne ue vrito.

XXXII.

Rogum buſtum ve nouum proprius. ſexaginta pedes adiicito ędes ſalienas, inuito domino.

XXXIII.

Hoc plus ne facito. rogum aſcia ne polito.

XXXIIII.

Mulieres genas ne radunto, ne ue teſſum funeris ergo habento.

XXXV.

Homini mortuo ne oſſa legito, quo/poſt funus faciat.

XXXVI.

Qui coronam parit ipſe pecuniante eius, virtutis ergo arguitor. ipſi mertuo arguitor. ipſi mortuo partibuſque eius, dum intus poſitus eſſet, foriſue ferretur, ſine fraude impoſita eſto.

XXXVII.

Forum buſtumue ne vſucapito.

XXXVIII.

Inter hæredes pro hæreditariis portionibus obligationes hęreditariæ ipſo iure diuiſæ ſunt.

XXXXIX.

Si quis lege agendo plus petierit, cauſa cadito.

XL.

Si quis in ius vocatur, ſi morbus ęuitaſq; vitium eſſet, qui in ius vocabit. iumẽtum dato, ſi nolit. arceram ne ſternito.

XLI.

Si iudex vel alter ex litigatoribus morbo ſontico impediatur. iudicii dies diffuſus eſto.

XLII.

Si ſtatus dies ſit cum hoſte. venito.

XLIII.

Aſſiduo vindex aſsiduus eſto. proletario ciui quiuis volet. vindex eſto.

XLIIII.

Vtriſq; ſuperſtitibus, id eſt præſentibus, vindiciæ ſumuntor ab iis, inter quos controuerſia eſt.

XLV.

Vindiciæ ſecundum libertatem dãtor.

XLVI.

AEris confeſsi rebuſque iure iudicatis xxx. dies iuſti ſunto. Poſt deinde manus iniectio eſto, in ius ducito ne iudicatum facit, aut qui pſeudo eo iure vim dicit, ſecum ducito, vincito aut neruo, aut compedibus xv. Pondo nec minore, aut ſi volet, maiore vincito. ſi uolet, ſuo viuit, qui eum vinctum habebit, libras farris in dies dato.

XLVII.

De capite ciuis, niſi centuriatis comitiis, ne rogato.

XLVIII.

Perduellionis crimen capite punito.

XLIX.

Sanatibus idẽ iuris eſto, qd' fortibus.

L.

Qui falſum teſtimonium dixerit, e Saxo Tarpeio deiicitor.

LI.

Iudex qui ob rem dicendam pecuniam acceepiſſe conuictus eſt, capite punitor.

LII.

Siquis actitauerit ſiue carmen condiderit, quod infamiam flagitiumue alteri pręcetur, capite punitor.

LIII.

Qui malum carmen incantariit, fruge ſue excantarit, coercetor.

LIIII.

Qui iniuria ceciderit alienas arbores, luito in ſingulas æris. xxv.

LV.

Frugem

Frugem aratro quæsitam furtim noctu si pauerit secueritue pubes, suspẽsus Cereri necator impubes verberator, noxiamque duplionemve præstato.

L V I.

Fur manifesto furto præhensus si aut eũ facere furtũ r. nox esset, aut interdiu se tutelo, cum deprehenderetur, defenderet, impune occiditor. ex cæteris manifestis furibus liberi verberantor, & ei cui luci factũ furtum erit, si se telo non defendat, addicuntor: serui verberibus affecti, de Saxo præcipitantor.

L V I I.

Furta per Lancem liciumq; concepta, sicut manifesta vindicantor.

L V I I I.

De furto pacisci licitum esto.

L I X.

Si membrnm rupit meum, ę pacto talio esto.

L X.

Si iniuriam alteri faxit, xxv. æris pœnæ sunto.

FINIS.



¶ Institutiones Diui Iustiniani Imper. cum accuratis annotationibus Syluestri Aldobrandini, Aemylij Ferreti,& aliorum præstantissimorum Iureconsultorum nuper in lucem editæ Incipiunt.

†IN NOMINE DOMINI NOSTRI IESV CHRISTI[a]

Imperator Cesar[b] Flauius[c] Iustinia-

In nomine domini. ¶ Diuiditur hæc rubrica in iiij. partes: in prima ponitur inuocatio, in ij. nomina & cognomina. Iustiniani, in iij. cui dirigatur liber: in iiij. (quæ re vera in bonis codicibus non inuenitur) ponitur particula ris intitulatio proœmij: quã ideò posui, quia glo. eam præsupponit. Non continuatur, quia est principium & proœmium operis secundum glo. in rub. ff. de condit. fur. & decla. Ange. hic colum. pen. Nota nomen domini inuocãdum esse. Item dignitates suas à se scribi licitè posse. Item stylum scribendi, vt præponatur nomẽ scribentis nomini eius ad quem scribitur: quod est vtile pro rescriptis, contra quæ, si aliter in eis scriptum reperiatur, præsumitur, secundũ Spe cu. in titu. de rescri. præsen. Quæ verò de iuuentute, cupiditate, genitiuo, & de triplici Imperatoris corona notantur hic per Ange. non bene colliguntur ex hac rubri.]

a ¶ *Iesu Christi*. Ex hoc nota, quòd christianus fuit: aliàs non posset imperare, idest imperij iurisdictionem exercere, vt in auth. iusiu. quod præstat. in prin. ibi. Et cõicator ecclesię coll. ij. vbi dicit ꝙ quilibet administrator debet iurare, se esse communicatorẽ sanctę & catholicę ecclesię. ¶ Adde, ꝙ illud est iuramentũ aliorum administratorum: iuramentum autem Imperatoris de quo hic agitur ponitur in cl. j. §. ego de iureiurã.] Sic & alias in cipit, vt C. de offi. prę f. prę. a f. l. in nomine domini. & in auth. de armis in prin. coll. vj. Ex hoc enim sequitur bonum initium, melius medium, & optimus finis, vt in auth. quomodo oportet episco. in princ. ver. bene autem. coll. j.]

b ¶ *Cæsar*. A Cæsare Augusto qui regnabat tempore natiuitatis Christi. Vnde illud, Exijt edictum à Cæsare Augusto vt describeret vniuersus orbis. i. vt q̃libet æstimaret bona sua, & exinde q̃libet Impator dic9 ẽ Cæsar

* ¶ Adde, quòd non ab Augusto sed a Iulio Cæsare dicti fuerunt, vt hic in nostris Annotationibus apertius ostendimus.

c ¶ *Flauius*. Quia erat de familia Flauiorum; vel quia deducit Flauios, vt dixi. ff. eod. in prin.

¶ Adde legendum Flauius.* Est autem nomen, aut potius prænomen, quod arbitror Iustinianum à Constantino sumpsisse: solebant. n. posteriores Imperatores nomina anteriorum

Margin: SYL. initio — SYL. — †alias nõ sunt hæc verba in nomine domini nostri Ie su Christi. — Cęsar vnde dicitur. — Luc. 2. — SYL. — SYL. — ...ris di... ...ui inuo... ...iotria ...a fa...

riorum qui egregia aliqua virtute excelluissent, sibi assumere, vt de Cæsare, de Augusto, de Pio euenisse tra ditum est: nec probare possum, quòd fuerit de familia illa flauiorum anti quissima, quę ex agro Reatino duxit originem. habuit quippe Iustin. Aniciorum familiā, gens verò flauia auctore Tranquil. in Domitiano extincta est.

† alias Francisi, non tamen loquitur de Gallia secundū Fa. sed de qua dā francia quæ est in Alemania, de qua fit mētio in cap. i. ex tra de sponsal. Blondus contra lib. 7. de inclinatione imperij.

nus[a] Alemanicus[b] Gotthicus, Francus, Germanicus, †Atticus† Alanicus. Vandalicus, Africanus, pius,[c] fœlix,[d] inclytus,[e] victor,[f] ac triumphator[g] sēper augustus,[h] cupidæ[i] legū iuuentuti. S.

¶ Incipit[k] prooem.

¶ Arma legesq; vt in bello & pace recte imperet. Impa. necessarias sūt h.d.

* ADDITIO. Immò ex Flauiorū familia: vt ante ipsum Imp. Flauius Valerius, Anastasius, & M. Flauius Constantinus. Aemy. Fer.

a ¶ Iustinianus. Quia fuit filius Iustin. vt infra de don. §. est & aliud. & infra q.b. nō est per. fa. te. §. pen. Sed in decre. cōtra. dist. 16. habeo librū, vbi dicitur q fuit filius Cōstantini. Sed forte ibi loquitur de alio Iustiniano quā hic. Vel dic q fuit filius Constantini, quia successit ei in regno. Vel dicitur à iustitia, quā semper coluit & subditis iniunxit colendā, vt C. de sum. trin. & fid. catho. l. j.

† alias Anticus

† alias est hic di ctio flauius.

SYL. ¶ Adde quòd fuit nepos ex sorore Iustin. fuerunt autem plures Iustiniani, cuius hoc nomen propriū est, de cuius deriuattione disputare per tinācis est secūdū gl. in prin. Infor.

b Alemanicus. hoc nomen & omnia sequentia nomina sunt ab euentu sibi imposita: vtputa quia vicit Alemanos, & sic de alijs, vt in aut. de hær. & fal. in prin. coll. j. & hæc oīa sunt noīa prouinciarū quas deuicit.

SYL. * ¶ Adde q Anticus (sic enim legendum est non Atticus) ideò fuit appellatus, quia Antas Histri fluminis accolas debellauit.

† Verba infrascripta non Accurs. Glossato ris.

c ¶ Pius. à Pio Antonino, vt in auth. vt lib. de cæte. coll. 6. §. nobis autem †vel pius à pietate animi, vt C. de sum. trin. & fide cath. l. j. in princip. & C. de nupti. l. imperialis, & C. de cadu. tol. l. vnica. vlti. respon.

d ¶ Felix. à virtute animi. vel felix id est, prosper, quia omnia sibi ad votum succedebant.

e ¶ Inclytus. A gestis magnificis. Accursius.

f ¶ Victor in fugando hostes. Accur.

† Alias non adsunt verba ista.

g ¶ Triumphator, post victoriā: gloriosus. n. erat pp magnifica gesta sua

h ¶ Semper augustus. Quia huius debet esse propositi quilibet imperator vt augeat: licet hoc semper non faciat: †Sic in diffinitione matrimonij, vt infra de pat. pot. in prin. licet interdū diuidat, vt C. de rep. l. cōsen su, sic in diffinitione iustitię, vt infra de iustit. & iur. in prin. Fin Ioan.

† Sicuti fuit in donatione facta per Constantinum papæ Syluestro, quæ videtur non valere, sed contrarium tenet gl. in l. 2. §. cū vrbi de offi. prę. vrb. illa est color.

ADDITIO. Augustus. hoc est facer & maiestatis plenus: & nō augustus ab augendo, vt hic voluit gl. cuius & suorum sequacium errorē dicit esse ridiculum Nicolaus Perotus in suis cōmenta. epigram. 3. inverbo Cęsar. * Primus aūt hoc cognomine appellatus est à Senatu Octauianus Ro. Imperator, vt ex Sueto. docuimus hic in nostris Annotatio. quod cętęri impatores posteà sibivēdicarunt.

i ¶ Cupidæ legum iuue. scilicet mittit suam gratiam & hunc lib.

k ¶ Incipit. More rectè scribentium præmittit proœmium, in quo reddit lectorē attentum, docilē, & beneuolum. Attentū, cū dicit summis vigilijs. nā per hoc q ipse vigilauit reddit nos attentos vt vigilare debeamus: nā ius ciuile vigilantibus scriptū est, vt ff. quę in frau. credi. l. pupillus. in fi. & ibi: summa prouidētia vt infra proxi. §. Docilē, cū dicit. & cū sacratissimas cōstitutiones anteà confu.

confu.&c.vt infra eo.§.omnes.doci lem enim facit qui summam rei breuiter comprehēdit:nā per hoc quòd ipse abbreuiauit.poterūt amodo facilius edoceri.Beneuolum,id est,bonæ voluntatis ad addiscēdū, vbi dicit: & qđ priori tpe.&ibi summa itaq; ope. vt inf.e.§.cūq;.i fi.& §.sum.itaq;&c.

IMperatoriam maiestatem [a] non solum armis decoratam, [b] sed et legibus oportet [c] esse arma-

SYL. * ¶ Accur.equiuocat in assignandis partibus procemij secundū rethoricā rationē,de hac re vide hoc in loco nostros commentarios.

Diuisio IMperatoriam. ¶ Diuiditur in tres partes principales totū hoc procemiū vsq; ad finem, licet Ioan.Pla.diuidat in quinq;. Nā primò ponit in quibus debet versari imperator.Secundò ponit qualiter Iustinianus illud adimpleuit.Tertiò nos ad studium exhortatur, ostendendo fructus qui sequuntur ex assiduo studio.Secunda ibi in §.(Quorum.)Tertia ibi (Summa itaq;.)Iterum prima diuiditur in duas partes . quia primò ponit dictum : secundò ponit tres causas.Secunda ibi (Vt vtrunque.)

SYL. ¶ Imperatoriā. Casus. In procemio non est figurandus,cū in eo non intēdat Impe.aliquid pro l.disponere, sed tm̄ consiliū suum aperire,& modū narrare,quo librū hunc componi curauit.Si tn̄ vis ponere,potes ꝑ rōne dubitādi adducere,ꝙ cū Imperator nomē sit ducis exercitus,& militū,& pariter militis.l.j.ff.de test.mili.nihil aliud ab eo exigi videbatur quàm vsus armorū.l.fi.in prin.C.de iure deli.cuius contrariū respondet ex eo quia cū ad eum spectet nō tm̄ milites regere, sed prouincias qbus præest tēpore belli & pacis,eidē non minus.ll.sunt necessariæ quàm arma ex causis in text.expressis.No.summariū.Itē ꝙ appellatione principis Romani venit Imperator.Itē calumnias vitandas,& calūniatores repellendos.Itē idē esse rectè quod iustè. Itē quòd Imperator dicitur religiosus,quod largè accipitur , vt declar. Ias.in l.j.in j.lect.in prin.C.de sum. trin.Itē nota attributionē armorum factā.ll . & econuerso ad demonstrandam coniunctionē & colligantiā ipsorum, & quòd dictio vt,est redditiua rationis.Item ibi vtrunq;, quòd expressio verborum quę inerant tolleratur pro maiori declaratione.]

a ¶ Maiestatem, id est Imperatorem qui est in maiestate , vt C.de leg.& constit.l.digna.

¶ Adde,quod maiestas est decus,amplitudo,& dignitas cuiusq;:quā etiā ꝑ dea honoris & reuerentię filia prisci coluerunt.]Similis est loquendi ornatus infra quib.mod.ius pa.pot. sol.§.filius.ibi,Imperatoriā celsitudinē . Et nota quòd antipophorizat rñdendo ad tacitā qōnē:hanc.s.quare Imperator non facit quod suum est.s.armis intendere. cū milites magis arma scire quā iura oporteat, vt C.de iure delibe.l.fi.ad quod respondet,Imperatoriam maiestatem &c. SYL.

b ¶ Armis decoratā.Quęritur quare quod erat armorū attribuit legib9, & ècontra?Rñdetur, vt ostēderet alterū alterius auxilio sēper egere, vt C.de iusti.co.cōfir.in princ.& ff.de rei vendi.qui restituere.Vel dic propriè ponit.nā arma sunt ad decorem leges sunt ad armandū.vñ dicit̄ Militant nanq; &c.vt C.de aduoca.diuer.iudic.l.aduocati.Et leges dñr armare homines , vt C.ad leg.iuli.de adul.l.cū vir nubit.Vel ideò posuit, vt euitetur malus sonus verborū.s. cacephaton,id est turpis sonus .

* ¶ Prima expositio verior est , vt abunde tam ex eodē Iustiniano,quā ex alijs scriptoribus demonstrauimus hic in nostris Annotatiōibus.] SYL.

c ¶ Oportet,id est opportunū est .

 ¶ Adde

SYL. ¶ Adde quòd immò necesse est, vt C.de iusti.co.confir.in princ. exponuntur autem hæc verba necessitatiua secundũ subiectã materiã, Iaso.in l.j.col.5.in prin.ff.de iusti.& iur.]

tam:[a] vt vtrunq; tempus & bellorum[b] & pacis[c] rectè possit gubernari:[d] & priceps[e] Romanus nõ solũ in hostilibus[f] prælijs victor existat, sed etiã per legitimos tramites[g] calumniãtiũ[h] iniquitates expellat & fiat tã iuris religiosissimus,[i] quã victis hostib. triũphator magnific.

a ¶ *Armatã* s.ad hanc vtilitatem quę sequitur. Accursius.

b ¶ *Et bellorũ*. Et sic quo ad vsum armorum.

c *Et pacis*. Sic quo ad vsum legum. Accursius.

d *Gubernari*. Alterum legibus. scilicet tempus pacis:alterũ armis, scilicet tempus belli.

SYL. ¶ Adde,non quòd tempore belli.ll. seruari nõ debeant,sed quòd eo tempore minus seruentur, sumpta denominatiõe ab eo quod plerunq; fit.l. nam ad ea ff.de legib.]

e ¶ *Et princeps*, scilicet imperator.

* ADDITIO. Dic quod olim Ro. Imper. dicebantur principes vt pa tet ex Tacito lib.j. Aemy. Fer.

f ¶ *In hostilibus*. Qui sint hostes,dicitur.ff.de capti.& postli. re.l.hostes. & ff.de verb.signi.l.hostes.

Calumniatorũ punitio.

g ¶ *Per legitimos* tramites. i.leges quæ sunt via gradiendi,sicut tramites eundi:secundum Ioannem. Bene dico calumniantes puniri per leges: nam in criminibus, siue ordinarijs, †siue extraordinarijs, ad similitudinem supplicij punitur calumniator: vt C.de accusa.l.fi.& ff.ad tur.l.& in priuatis.vbi dicitur. Et in priuatis & in extraordinarijs criminibus, omnes calumniosi pro qualitate admissi plectuntur. Item in ciuilibus: modo pecuniaria pœna, modo sacramẽto calumnię,modo nota infamiæ,vt infra de pœn.te.lit.per totum.& infra de actio.§.si qs agẽs,& C.de plus peti.l.vnica.& C.de iudi. properandum.§.& siquidem.vbi punitur contumax in expensis. Vel dic, quòd septem genera pœnarum vocat legitimos tramites vt ff.de pœn.l.si quis forte.in fi.cũ duabus seq. Vel dic, quod magistratus vocat tramites per quos iura reddunt, nam parũ valeret iura eẽ in ciuitate, nisi eẽnt qui ea executioni mandarẽt, vt ff.de orig. iur.l.2.§.post originem.qui puniunt in criminalibus;puniunt & in ciuilibus in expensis,& in viatico, vt ff.de iudic.eum quẽ,quę vltima verior est. Accu.

†Extraordinaria crimina & priuata quæ sint not.gl.i. in d.l.

Et in priuatis.

Magistratus sunt tramites legitimi.

SYL. ¶ Adde tramites hic vocari modos quibus.ll.vtuntur:& quòd iudex criminalis cognoscit incidenter de causa ciuili,dummodò sit accessoria, ẽt in eadem sentẽtia l.interdum §.qui furem.& ibi doct.ff.de fur.]

h ¶ *Calumniantium*. Calumniator est qui falsa crimina scienter intẽdit, vt ff.ad Turpil.l.j.in princ. & facit ad hoc.ff.he his qui not.infa.l.athletas §.calumniator.quis autẽ sit pręuaricator & tergiuersator dicitur in prędictis ll. Accur.

SYL. ¶ Adde calumniantem hic accipi pro quocunque aliquid cõtra ius faciente, calumniatoremque aliàs puniri in ordinarijs similitudine supplicij, in extraordinarijs pro motu iudicis, vt per doct.in d.§.calumniator.& in l.j.§.j.ff.ad Turpil.quod plenius explicauimus hic in nostris Annotat. ADDITIO. Tamen hic calumniantium capitur generaliter pro omnibus delinquentibus.

i ¶ *Religiosissimus*. Nota quem fieri religiosum per leges: nam ipsæ sunt sacræ,vt C.de leg.et const.l.leges.

SYL. * ¶ Religiosus,vt ait Cicer.lib.2.de natu.deo.dicitur, qui diligenter ac fideliter

fideliter tractat quæ ad cultum deorũ pertinent:& quia Iustitia olim ꝓ Dea colebatur, factũ est vt eius obseruatores religiosi iuris rectè appellenẽ,queãdmodũ in nostris Annotationibus ostẽsum est.] Itẽ nota hic quatuor proportiõabilia: s.arma, vsus armorũ victoria,triũphus. Itẽ leges, vsus legum,calumniæ repulsio,& iuris religio.

ADDITIO.

Nã sicut se habent arma & vsus armorũ ad victoriã,sic victoria ad triũphum:& sicut leges & vsus legũ ad calũniæ expulsionem, sic calumniæ expulsio ad religionẽ.Ioan.Fab.

a Quorum. ¶ Diuiditur in duas partes.Primò dicit, ꝙ Imperperfectè se habuit circa arma,& circa leges. Secũdò hoc suum dictum probat ab effectu. Secunda ibi (Et bellicos.) Item secunda subdiuiditur.Nã primò exẽplificat qualiter se habuit circa arma:secundò circa iura.Secũda ibi(Omnes verò populi.)Ange.

¶ *Quorum*. Casus.¶ Cum hic tantũ tractetur,qualiter qđ maximè principem decet fuerit in Iusti.non exigitur alia casus figuratio.pendet.n. hic.§.à generali propositione supra facta.Not.ꝙ licet seipsum laudare: & ꝙ quando quis ad aliquid faciendum tenetur,debet istud omni opere & diligentia adimplere.Itẽ quod ea quæ facimus,à Deo sunt omnia: & quòd differunt promulgare & cõponere.Itẽ quòd confusa debent distingui.Itẽ quòd iugum ponitur ꝓ iurisdictione & potestate. Itẽ quòd innumerosum dicitur quod est multiplex,licet numerari possit:& quòd dictio iterũ importat secundã vicẽ.]

¶ Vtrunque affecutus est Iusti. qđ testantur populi ab eo deuicti, & ll.late,præsertim C.& ff.h.d.

¶ Quorũ vtrãq;[a] viam cũ summis[b] vigilijs summaq; prouidentia [c] annuẽte [d] Deo perfecimus.Et bellicos [e] quidem sudores nostros barbaricæ [f] gẽtes sub †iuga nostra†deductæ [g] cognoscunt: & tã Africa,[h] q̃ aliæ†innumerosæ ꝓuinciæ [i]

a ¶ *Quorum vtranque*.Si ista debent esse in principe, tu Iustiniane quid fecisti? Respon.quorum vtranque.

b ¶ *Cum summis vigilijs*, id est cum summo labore quo ad leges: nam ius ciuile vigilantibus & non dormientibus scriptũ est, vt ff.quæ in fraud. cre. pupillus. in fin.Accur.

c ¶ *Prouidẽtia* scilicet quo ad arma. & nota tres esse hominis status: memoria præteritorum,scientia præsentium, & prudentia futurorum.

ADDITIO. Vnde Seneca de quatuor virtutibus. Si prudens est animus tuus, tribus temporibus dispensetur: præsentia ordina, futura præuide, præterita recordare. Ioan.fab.

d ¶ *Annuente Deo*. Deo gratias refert, cuius auxilio triumphum meruit obtinere, vt C. de officio præfect.præto.afri.l.i.in prin.

e ¶ *Et bellicos*, Quod coniunctim dixerat dicendo Vtrãque viam &c. nunc diuidit dicendo primò qualiter se habuit circa arma.Accur.

f ¶ *Barbaricæ*. Barbaricæ sunt qui extra Romanum Imperium sunt & maximè hostes.

¶ Adde, quòd barbari ponuntur hic pro indomitis & incultis,aliàs enim barbari dicuntur qui nec Latini nec Græci sunt, à linguę duritie: à qua barbari dicuntur antiquo vocabulo qui duro atque aspero sermone erant.

g ¶ *Deducte*, de nouo.

h ¶ *Tam Africa*. Sub qua multæ prouinciæ continentur.

i ¶ *Prouinciæ*. Sic coustrue. Tam Africa quàm aliç innumerabiles ꝓuinciæ

Pro casu

Vigilantibus ius ciuile vigilantibus subuenit.

Barbari ce.

†*alias in go nostro* †*alias redactæ*. †*alias innumeræ alias innumerosæ*.

Ordo litera.

uinciæ iterum additæ, id est adiunctæ ditioni Romanæ, id est iurisdictioni, nostroque imperio post tanta &c. †protestantur nostris victorijs à cœlesti numine præstitis: nam istæ prouinciæ prius fuerũt de Romano impio: post desierũt & post centũ & quinq; annos redierũt, vt hic. & hoc innuit quando dicit, iterum. ¶ Adde, q ali quando signi ficat prima vice. cap. tua nobis de appella. quandoque bis vt hic: aliquando pluries. l. veluti. §. hæc vox. ff. de eden.] Et quando dicit, post tanta temporum spatia &c. vt C. de offic. præfec. præto. afri. l. j.]

post tanta temporum spatia nostris victorijs à cœlesti numine præstitis, iterum ditioni Romanę, nostroque additæ imperio, protestantur. Omnes[a] verò populi legibus tam à nobis promulgatis,[b] quàm compositis[c] regunntur. Et cum sacratissimas cõstitutiões antea cõfusas,[d] in luculentam ereximus consonantiam,[e]

corpus rẹdegit. E. Ba.

¶ *Compositis*. Scilicet ab alijs, quas reformauimus in melius. Vel dic compositis à nobis: quasi diceret compilatis à nobis; quasi simul positis à nobis: quales sunt leges. ff. & C. & aliorum Imperatorum. suas enim & promulgauit & composuit. ¶ Dic quòd promulgatas intellexit à se latas, compositas verò collectas atque in ordinem digestas: quæ differentia non est perpetua, cum componere. vt hic diximus in Annotatio. non minus propriè significet inuenire & primò facere, quàm ab alijs inuenta aut facta colligere, lege secunda. §. deinde ex his legibus. ff. de origin. iuris. Promulgari verò lex propriè dicitur, cum primum in vulgus editur.] quasi pro vulgari vt Festus ait.

a ¶ *Omnes verò*. Vsque huc dixit qualiter bellicam curam habuit: nunc qualiter legalem. Accur.

ADDITIO. Non tamen Longobardi, qui Italiam Iustiniano ademerunt, sed significat omnes qui in orbe fuunt Romano. l. in orbe. ff. de statu homi. Aemy. Fer.

b ¶ *Promulgatis*. Scilicet à nobis: & dic de nouo. Et est promulgare, equitatem rudem & naturalem occultã iuris laqueis innodare. Componere autem est difficile promulgata in ordinem compendiose redigere.

ADDITIO. Vel dic, quòd promulgare legem est eam condere, & conditam recitare, proferre, pronuntiare, patefacere, prodere, uel manifestare. Sed componere ꝓpriè est disponere & constituere, & quasi simul ponere, vt patet in glo. sequen.

ADDI. Promulgauit, quando publicauit obseruandas, tam aliorum quàm suas composuit, quando sparsas in volumina diuersa in vnum

d ¶ *Confusas*, scilicet in tribus codicibus positas, Gregoriano, Theodosiano, & Hermogeniano, vt C. de nouo codi. faciendo lege prima in principio.

e ¶ *Consonantiam*, scilicet in vnum Codicem quem non habemus, sed ex eo factus est iste quem habemus, vt C. de veter. iur. enucl. circa principium.

¶ Adde quòd hic factus est post institutiones, ille, scilicet quem nunc habemus. l. meminimus. C. de legiti. hæredibus ponit Iason. in §. rursus. columna xiij. infra de actio.]

a ¶ *Tunc*, id est statim post compositionem illius Codicis fecimus Digesta.

a Exten-

b ¶ *Extendimus curam*. Vt nulla con trarietas posset reperiri, nullaque superuacua, aut similitudo, vt C. de no.co.facien.§.quibus.
c ¶ *Ad immensa*. Nam erant tricies centena millia versuum.i. legum vel. §.vel responsorum. & duo millia librorum, & aliæ multæ leges, vt C. de vete.iur.enu clean.l.2.§. sed cum omnia, & in pro œmio digestorum.§. & antea.

tunc [a] nostram extendimus curam [b] ad immensa [c] veteris prudentiæ volumina, & opus desperatum [d] quasi per medium profundum [e] euntes, cœlesti fauore [f] iam adimpleuimus. [g]

d ¶ *Desperatum* scilicet à Constantino:nam Constantinus voluit hoc facere, sed non potuit.
e ¶ *Profundum*. Reperit enim omnium legum tramitem,(qui ab vrbe Romana condita & Romuleis descendit temporibus,)ita esse confusum, vt in infinitũ extenderetur, & nullius humanæ naturæ capacitate cõcluderetur, vt C.de vete.iur.enucle.l.j.in prin.Accur.
f ¶ *Cœlesti fauore*. Subaudi mediãte.
g ¶ *Adimpleuimus*. Post digesta ergo & post primam compositionem codicis(quem non habemus) factus fuit hic liber: sed tamen ante cõpositionem secundi codicis quem habemus:vnde quod hic dicitur,quãdoq: per codicẽ corrigitur, vt facit de an no vtili qui obtinet secundum hunc librũ,& in restitutione minorum & maiorum,vt infra de actio.§.rursus. secus est per codicem in dictis restitutionibus,vt C.de tempori. in integrum restitutionis.l.fina.Item in secũda eius compositione facit mẽtionẽ institutionum iã compositarum, vt C. de emen. iusti. co. & secunda eius editione.l.j.§.supradictis.

Institutiones factæ sunt ante codicem.

ADDITIO. De hoc etiam casus in lege meminimus. in principio.C. de leg.hær.vbi text.facit mentionẽ de hoc li.facit.l.j.C.de uet.iur.enu. qđ not. quia si aduersarentur adinuicẽ, debes magis stare legi. C. tanquam vltimæ quã huic libro nisi in illis legibus de quibus hic fieret mẽtio. Angel.

¶ Peracta C. & ff. compilatione mandauit Institutiones componi, vt principia huius sciẽtiæ auspicarẽtur à ll. imparatorijs, quod ante nonnisi per quadriennium licebat. h.d. vsq; ad §.igitur.

Cumq;

¶ Diuiditur in duas partes. Primò ponitur qualiter mandauit fieri hunc librum. Secundò ponit causas propter quas.Secunda ibi(Vt liceat.)Angel.

Diuisio.

¶ Cumque. Casus. ¶ Pro casu hic animaduertas qualiter Iustinia. declarat cur, qualiter, & per quos fecerit hunc librum condi: & illius vtilitatem ostendit per modos expressos in textu. Nota igitur summam. Item quòd quis pluribus officijs compatibilibus fungi potest: & quòd tria requiruntur adimplenda iniuncta: scientia, diligentia, & fides. Item nota significatum verbi antecessor. Item quòd scientia, diligentia, & fides, experientia comprobantur, & quòd ex vnico actu non dignoscuntur. Item quòd institutiones sunt principia.ll.& quòd introducendum est quod conferat animæ & corpori: & quòd hæc sciẽtia habet principium & finẽ.§.& quod pœnæ.in proœmio digestorum. Item quòd cond... delegari & demandari alteri potest:dummodò id specialiter fiat.

a ¶ *Hoc.* scilicet volumen Digestorum & Codicis.
b ¶ *Deo propitio.* i. Deo coadiuuante.
c ¶ *Peractum est*, id est completum.
d ¶ *Triboniano.* hoc nomē & sequentia sunt datiui casus, & ēt dictio conuocatis: & construuntur cū illo verbo inferius, mandauimus.

¶ Cūq; hoc[a] Deo propitio[b] pactū[c] est, Triboniano[d] viro magnifico, magistro & † Exquaestori[e] sacri palatij nostri, necnon [f] Theophilo & Dorotheo viris illustribus[g] antecessoribus[h] † nostris (quorū[i] omniū solertiam, & legum scientiam, & circa nostras iussiones fidem, iam ex multis rerum argumen-

e ¶ *Exquaestori.* Pro suo simplici ponitur scilicet questori. Nota quòd tribus modis dicitur questor. Primo, ille qui quaerebat pecunias tributorum per mundum & seruabat. † Secundo, ille qui praeerat capitalibus causis. Tertio, qui stabat vt legeret libros principales, q̄ candidatus principis dicebatur: & ita hoc tertio modo accipio hic vt ff. de offi. quaestoris. l. j. in fi. & de orig. iu. l. secunda. §. deinde cum aerariū. Vel dic secundum Ioan ꝙ iam fuit in illo officio, sed nūc nō est: inde exquaestor, idest extra quaesturam positus. Vel dicas tertio esse nomen dignitatis vt exconsul, vt C. de aduocat. diuer. iud. l. petitionē. ibi, egredientē.

Questor dicitur tripliciter.

† Et hic in iure diuersis nominibus non cupatur: susceptor & opinator, vt C. de suscep. et arch. l. nisi opinatores lib. 10. † alias quaestori alias exquaestore. SYL.

* ¶ Quaenam fuerit Triboniani quaestura seu exquestura (vtroque enim nomine idē puto significari) & quantae esset potestatis, id quod nemo fere adhuc bene declarauit, vide hic nostras Annotat. vbi demonstratum est hanc sacri palatij quaesturā summum fuisse magistratum & principatui proximum.]

ADDITIO. Exquaestor. Exconsul, quī quaestura, qui consulatu functus est, qui Ciceronis aetate dicebantur Quaestorij, & Consulares, patet ex lege prima & secunda. C. de veter. iur. enucle.

f ¶ *Necnon.* Nota duae negationes faciunt vnam affirmationem, vt hic & ff. de verbo. sign. l. duobus.

¶ Adde quòd And. Alcia. ibi optimè declarat, & ex mente Ang. hic dicit glo. veram, nisi de mente contraria constet: vel nisi simus in rustico secundum Bal. in l. qui se patris. col. 3. C. vñ libe. vel nisi ad diuersa referantur secundū Barto. in l. manifestae. ff. de iureiur. SYL.

† Alia litera non habet nostris.

g ¶ *Illustribus.* Quatuor sunt ordines dignitatum: maximi, vt superillustres: magni, vt illustres: medij, vt spectabiles: minimi, vt clarissimi: quos specifica, vt in auth. de appell. §. j. 2. 3. & 4. coll. 4. & in auth. vt ab illustri. & q̄ supra eos sunt col. 5. Sūt & infimi, vt defensores ciuitatū & magistrat. municipal. & isti nō hn̄t merum imperiū. sed superiores sic.

Imperium merū certis dignitatibus concessum.

ADDITIO. Et ideò potestates & rectores ciuitatū non deberent posse ingerere poenam sanguinis: quamuis contrarium de facto obseruetur vt hic per Ang. sed superiores sic.

h ¶ *Antecessoribus.* Scientia vel aetate: vel quia fuerant cum praecedētibus Imperatoribus.

* ¶ Verius est antecessores dictos fuisse, qui ius ciuile ꝓfiterentur, ex eo ꝙ scholasticis quodāmō praeirēt illos docēdo, vt manifestè deprehenditur ex proemio ff. in princip. versic. Sed cum vos. SYL.

ADDI. Ancessores, ab ancedēdo. Graecorū moreq; ἐξηγητὰς & προηγητὰς. i. ꝓceptores. & magistros legūvt scri. Sui. à praeeūdo dicāt patet ex l. 2. C. de vet. iur. enucl. & multis locis. Nā ille Cōstantin. hic Beryli. leges docuit. d. l. 2. & l. j. C. de emē. C.

i ¶ *Quorum.* Hic est interpositio vsque

vsq; illuc, Conuocatis &c. Et not. q in tribus hic cōmendanē q sunt huic arti intenti. Primò in solertia.i.in cautela, vel ingenij sciētia, vt l.j.C. si ma.fac.alie.fac.sine decre.ra.hab. Item in legū scientia. Eligendus est. n.talis magister, qui in se landabilē vitā ꝓbis moribus mōstrauerit: & docendi interpretandique subtilitatem & copiam differendi se habere patefecerit, vt C.de profess. qui in vrb. consi.doc.l.j.lib.12. Item in fidelitate, nam ex quo hactenus fideles extiterunt, præsumitur pro eis.ff.de re mili.nō omnes §.à barbaris. de præteritis enim summus coniecturā ad futura.ff.de accus.l.si cui.§.eisdem. & quandoque occultam coniecturam sumimus ad præteritum, vt C. ad l.iul.de adul.l.si qui adulterij.

Magister qualis esse debet.

Præsumptio a varus sumitur.

ADDITIO. Vide glos.in cap, scribam de præsump.

a ¶ *Ex multis rerum argumentis*.idest ex multis rebus vel negotijs quæ suut argumenta. ADDI. Vñ dicit ꝓuerbiū. Opus laudat magistrū. sic in authen.de mona.§.sancimus.coll.j.

Prouerbium.

b ¶ *Accepimus*, id est recepimus.

c ¶ *Mandauimus*.i.præcepimus.

d ¶ *Suasionibus*. In bona parte accipe.alias in mala accipitur.ff.de ser. corru.l.j.§. persuadere.& C.de fur. & ser.cor.l.si quis suo alie.suaserit.

e ¶ *Institutiones*. Ideò sic dictas, quia in statū Ro.iuris nostrā erigūt intelligentiā.vt infra titu j.§.his igitur.

SYL. h Adde quòd ab instituendo dictæ sunt. sicut & opus Quintiliani Oratorię institutiones appellātur. quid autem differant instituta ab institutionibus. vide Lauren. Val.in libro elegantia 4.cap.11.

tis[a] accepimus[b]) cōuocatis mādauimus[c] spāliter, vt ipsi nostra auctoritate nostrisq; suasionib9[d] Instōnes[e] componerent: vt liceat vobis[f] prima legū cunabula[g] nō ab antiqs fabulis[h] discere, sed ab impiali[i] splēdore appetere: & tā aures q̄ animi vestri nihil[k] inutile, nihilque perperā[l]

f ¶ *Vobis*. Loquitur iuuenibus.

g ¶ *Cunabula*. Per simile loquitur, quia sicut in cuna infantes primò moranur, ita iuris præceptor instituta primò legere debet.sic.ff.de offic.pref.præ. l.j.§..his, cunabulis.

*ADDITIO Iuris præceptor non autem iuris acceptor legendum est vt emendati Codices habēt. Hiero. Mess.

h ¶ *Fabulis*. Quia in antiquis institutionibus erant fabulę, quæ fabulæ nec vera nec verisimilia continent secundum Tullium lib.j.de Inuen.

* ¶ Per fabulas videtur intellexisse prima illa excitamenta iuuenem in scientia legali, cum præceptores rhetorum more ipsis casus proponerēt fabulosos, vt ita illecti deinde ad difficiliora deducerenē. Aut certè sensit de adulterina illa doctrina quę anteà tradebatur. §.hęc autem in proœmio digestorum. SYL.

i ¶ *Ab imperiali splendore*.i.ab imperatore qui splendet.

ADDITIO. Vel dic, Ab imperiali splendore.i.ab imperialibus constitutionibus, quæ splēdere dicuntur.

k ¶ *Nihil inutile*. Quo ad aīam: vel nihil inutile.i.inusitatū: vt p3 ex eo qđ dicit infra ꝓximè & quod &c.

l ¶ *Perperam positum*. quo ad aures. Vel dic. id est malè positum & contra ius.

a ¶ *In ipsis*. Idest in ipsa rei veritate, vel in ijs quæ quotidie emergere possunt. Non autem inueniuntur hic ea quę nō possunt euenire, quia de his nō curant legislatores, vt in auth.vt fine prohi.matres debit.& credi.§.quia verò.coll.7.& ff.de legib.l.iura.& l.nam ad ea.

* ¶ Melius est accipere argumenta, SYL. vt de

vt & Quintil. sæpe, ꝓ speciebus seu casibus qui proponuntur, vt sit sensus, his libris illa solum tradi, quæ in decidendis casibus obseruantur, nõ quæ abrogata sunt legibus, aut consuetudine abolita: quod latius hoc loco in Annotat. explanauimus.

b ¶ *Legerent*. Nam & olim à principio legebant imperiales constitutiones. s. institutiões antiquas, vt in procem. ff. §. discipuli.

c ¶ *Primordio* id est tantum primo anno proficietis. quantũ proficiebatis in quatuor. Et nota quòd adulatur nobis Imperator. Accursius.

*¶ Inepta expositio. Sensus. n. est, hodie primo anno hasce Institutiones tradi, quæ & ipsæ, ꝓpterea ꝙ ab Imperatore cõpositæ sunt, rectè Imperatoriæ constitutiones appellãtur. §. sed & quod. ĩfra de iu. natu. gen. & ciui. cum olim non nisi post quadriẽniũ primus Codex qui liber, cõstitutiones imperiales continebat, prælegeretur. §. duabus. in procem. ff.

d ¶ *Digni*. Vos dico digni &c. Accursius floren.

e ¶ *Initium*. Scilicet liber iste.

f ¶ *Finis*. idest codex. Nam primo anno institutiões legi debẽt, in quinto legitur codex, vt in procemio. ff. §. ꝓ responsis. ibi (Quibus si bene.) Accursius Floren.

g ¶ *Principali*. Idest principis. Et nota, ꝙ hæc scientia caput habet & finem: licet in alijs artibus hoc nõ sit, licet vilissimæ sint, vt in procemio. ff. §. sed quia. ibi. Et quod pene.

¶ *Igitur*. Diuiditur in duas partes: in prima ponitur commissio compilationis cum ijs, quæ in institutionibus continentur: in secunda vnde sint extractæ, & quòd auctoritate imperiali confirmatæ sunt. ij. ibi, quas.

¶ Casus. In narratione Imperatoris non figuratur. Not. ꝙ facere dicimur quod ꝑ alium facimus. Item ꝙ per desuetudinem tollit vel inumbrat l. Itẽ qđ non sufficit principẽ cõmittere. l. cõpilationẽ, nisi posteà approbet. Itẽ qđ quotidiana diligenter sunt attẽdenda, & ꝙ breuiter dicitur ꝭm subiectam materiã. l. antiquitas in fi. C. de vsufru. Item ꝙ non sufficit simpliciter legere, sed requiritur cognitio & examinatio. Itẽ ꝙ accõmodare ĩportat idem quod tribuere: & obtinere, esse in viridi robore & obseruantia.

positũ, sed quod in ipsis[a] rerũ obtinet argumentis accipiant. Et quod priori tẽpore vix post quadrienniũ prioribus cõtingebat, vt tunc constitutiones imperatorias legerent,[b] hoc vos a primordio[c] ingrediamini: digni[d] tãto honore, tantaq; recepti felicitate, vt & initiũ[e] vobis, & finis[f] legũ eruditiõis à voce prĩcipali[g] ꝓcedat.

¶ Post completa ff. iussit cõponi instõnes, in quibus principia huius scientiæ sunt posita cum correctiõibus iuris ãti q qbus autoritas ꝑ ipsum data fuit h.d. vsq; ad. §. fin.

¶ Igitur[h] post libros qnquaginta[i].

h *Igitur*. Ita continua secundũ Ioã. quia prædictorum virorũ scientiã & auctoritatẽ ꝓbauimus, nec per alios poterãt cõmodius expediri: igiẽ mãdat ꝑ eos diuidi: vel quia ab ĩperiali splendore † approbatur., & ideò mandat diuidi vt melius possint intelligi. ff. de verb. sig. l. 2. §. cuiusque. Adde tñ, ꝙ. §. continuatio non est faciẽda. gl. in l. Gallus in prin. in ver bo posthumos. ff. de lib. & posthu

Cõtinuatio. † alias appetit.

i ¶ *Quinquaginta*. qui cõprehẽdũtur ĩtra. ff. vetus, & infortiatũ, & ff. nouũ.

a ¶ Di-

Digestorum[a] seu pādectarum, [b] in quibus oē ius antiquū collectum est,†quos[c] per eū dē virū excelsum Tribonianū, nec nō & cæteros [d] viros illustres & facūdissimos cōfecimus,†hos quatuor libros easdem [e] Institutiones partiri iussimus, [f] vt sint totius legitimæ scientiæ prima eleméta. [g] In qbus [h] breuiter expositum est, & quod āteà obtinebat, [i] & qđ posteà desuetudine [k] inumbratum, ab imperiali remedio illuminatum est.

digesta vnde dicuntur. a¶ *Digestorum*: Ideò dicuntur digesta, quia omnia ibidem decidenda digeruntur & soluuntur. Accur.

SYL. *¶ Quare libri digestorum hac nota.ff.significentur, & an rectè, vide Alciat. lib. 3. Dispun. c. 16

b¶ *Pandectarum*. à pan *alias qd* quod est totū. & dectē. *Pandectæ vniuersali dicūtur.* quod est doctrina.† quia ibi est doctrina omniū iurisconsultorum, vt C. de vete. iur. enu cle. l. 2. §. oïa. † *vide Bude. ad l. i. ff. de insti. & iu. in fi.* † *alias deesthos* ¶ Adde quòd aliter interpretatur Gellius *SYL.* libr. 12. ca. vlti.*ad quod vide Budęum in l. j. in fi. ff. de insti. & iur.]

*ADDITIO. Imo à πᾶν.i. omne & δέχομαι.i. complector, contineo quasi vniuersum ius ciuile complexu suo coercentes.

c¶ *Quos.* Scilicet quinquaginta libros. ff. Accur.

d¶ *Et cæteros*. Scilicet xv:ex permissu Iustiniani electos, vt C. de vete. iure enucl. l. j. §. 2. & l. 2. §. quæ oïa.

e¶ *Easdem institutiones*. id est eadem instituta.

SYL. ¶ Adde quòd hanc expositionem reprehendit Lau. Val. lib. 4. c. 11.]

Diuisio textus operitur. Vnde collige hūc librum sumptum ex volumine digestorum: vel propriè dicit institutiones, quas mandauit fieri, nunc mandat parti: nam partitio animū legentis incitat, mentem intelligentis præparat, memoriam artificiosè reformat, vt infra de leg. §. sed non vsque. & ff. de excep. doli. l. j.

*ADDITIO. Imo institutiones & instituta differūt. instituta enim sunt mores, institutiones verò sunt præceptiones quibus instituuntur & docentur homines. vt sunt institutiones oratorię Quintil. & diuinæ institutiones Lactantij. Hier. Messag.

f¶ *Iussimus*. q.d. instōnes iussimus fieri ex libris antiquorum, ita vt continerent quicquid rebus q̄ in pręsenti ęuo versantur consentaneū est, vt C. de ve. iu. enu. l. 2 §. sed cū prospeximus. Accursi.

Elementa et eorū qualitates vt quatuor. g¶ *Elementa*. Quia sicut ex quatuor elementis omnia corpora cōficiuntur, vt terra & aqua, & igne & aere. i. ex viribus horū quatuor elemētorū totus mūdus gubernat: ita hic liber comprehendit oïa iura.

SYL. ¶ Adde quòd melius diceretur omnia principia & fundumenta. l. 2. §. sed cum prospeximus. C. de vet. iu. enu. simili tamen locutione vsus est etiam Cic. in Topi. vt admonuimus hoc loco in Anno.] Et nota φ terra est frigida & sicca: aqua frigida & humida: ignis calidus & siccus: aer calidus & humidus. Primum habet naturam melancoliæ: secundum. s. aqua phlegmatis, igni choleræ: sanguis respondet aeri.

*ADDITIO. Iusti. indictione vii. imperij sui. Codicē vnū cōstōnū edidit l. j. C. de nou. C. quinto post anno indic. 12. Diges. & insti. l. 2. C. de ve. iu. deinde indic. 13. Codicē priorē emēdauit. l. j. C. de eméda. C. E. Bar.

h¶ *In quibus*. s. institutionibus.

i¶ *Obtinebat*. id est erat in vsu, & nunc desijt. Accur.

k¶ *Desuetudine*. Nota legē tolli per desuetudinem.

¶ Adde

¶ Adde q̄ cōis doc. sūīa est, quòd si non vsus non habet in se actum contrarium, non tollat. l. Ias. in l. de quibus in vj. notab. ff. de leg.]

¶ Vel per contrariam cōsuetudinē: & iterum eā dem consuetudinem per superuenientem legē tolli: sic ff. de sepul. vio. l. iij. §. diuus. ī gl. 3. & in auth. de hær. & fal. §. sed quoniam. coll. i. & subijcit, Ab imperiali, &c. & est optimū exēplū. C. de iudi. l. rem non nouam.

a ¶ Quas. s. institutiões: & accipe legim^9, & cognouimus. i. esse cōpositas ex omnibus &c.

b ¶ Caij nostri commentariis dico factis super libros institutionum antiquarum.

c ¶ Quotidianarum, Liber erat sic appellatus: eo quòd singulis dieb^9 gerenda à magistratibus continebat, qualiter iudicarent.

SYL. ¶ Adde: uel dic rerum magis uulgarum, & quæ quotidie in cōtrouersiam venire poterant.]

d ¶ Cum tres, interpositio est:

SYL. ¶ Summa itaque. Cum hic §. unicū tantum habeat contextum, non recipit diuisionem & cum sit simplex cohortatio, non exigit casus figurationem Nota. ll. nostras dici ex hoc, quòd eis à nobis sit tributa auctoritas, & quòd in quolibet opere perficiendo requiritur summa diligētia. Item quòd ambitio uirtuti innixa non damnatur, & spes, & desideriū honorum, & dignitatū. Item quòd nihil actum uidetur, quando aliquid superest agendum. Item quòd à ll. studijs discedere non debemus nisi perfecta omnis iuris cognitione. Itē quòd reip. administratio p̄ iuris peritos facienda est.

Quas [a] ex oībus antiquorū institutióibus, & præcipuè ex Cōmentariis Caij [b] nostri tā Institutionū, quàm Rerum quotidianarum, [c] aliisq; multis cōmētariis compositas, (tum tres [d] viri prudētes præ dicti nobis obtulerunt,) & legimus, & recognouimus, & plenissimum nostrarum constitutionū robur eis accōmodauimus.

¶ Hortaē iuuenes ad studia, ut ijs p̄fectis possint rē pu. administrare h.d. usque ad fin.

¶ Summa itaque ope [e] & alacri [f] studio, has leges [g] nostras accipite, & vosmetipsos sic eruditos ostendite [h] vt spes [i] uos pulcherrima foueat, toto legitio opere perfecto, [k] posse etiā nostrā [l]

e ¶ Ope. Quā tum ad corpus. vnde Virgi. li. j. Geor. Labor īprobus oīa vincit. Accur.

f ¶ Et alacri. Affectio. n. operi tuo nomē imponit, vt C. ad l. Cor. de sic. l. j. ff. de fur. l. qui iniuriæ, in prin.

g ¶ Leges nostras. Scilicet institutionum. Accur.

h ¶ Ostendite, idest ita proficite in hoc libro: vel ita moribus informati sitis: nam boni mores plus quàm diuitiæ operantur, vt ff. de tuto. & curato. da. ab ijs. l. scire §. fi. & ff. de verbo. obli. si quis stipulatus sit stichum in fi.

SYL. * ¶ Nihil hæc ad mores: sed planè intelligendus est hic locus: ostendite ò iuuenes vos ita doctos, & legum scientia excultos, ut optimam spem concipiatis, remp. nostram studio perfecto rectè à vobis posse administrari, ac gubernari.

i ¶ Vt spes i. hæc spes sit de vobis nostram remp. posse gubernari.

k ¶ Perfecto, idest lectis aliis libris.

* ADDI. Perlecto legitur in multis aliis Codicibus. Hier. Messag.

l ¶ Nostram. aliàs vestram.

† Constinopoli. † Patria tertiam consule. † alias Institutionū imperialium li. I.

a Eius

a ¶ *Eius reipublicæ.*
b ¶ *Vobis.* Idest à uobis credendis le ctis etiā aliis libris. Vel si habes credendam .i. committendam, vobis da tiuè legit: & hoc dico legitimo opere perfecto .i. cū quinquennio legeritis: nam tunc opus consummatur, vt in procem. ff. §. sed quia solitum uer. duabus aliis. Et quod dicit ī partibus ei9, ideò est: quia multæ sunt p tes eius, vt p. fectura, consolatus, & aliæ multæ, vt patet ex tractatibus de officijs, in ff. & in C.

rempublicā in partibus eius [a] uobis [b] credendis [c] gubernari. Datum† C P. xi. Kalēd. Decem. D. Iustin.† PP. iii. Consu.

¶ † Institutionum, seu elemētorū. D. Iustiniani sacratiss. principis. Lib. i.

¶ De iustitia [d] & iure [e] ¶ Iustinianus veluti optimus preceptor imitatus est rectū ordinē procedendi, qui debet esse diffinitiuus, diuisiuus, & exemplorum positiuus: & primo ponit diffinitionē iustitiæ, & iuris prudentiæ ex l. Iustitia. ff. eodem titulo.

c ¶ *Credendis* .i. quia creditur secundū primā expositionē, vel si habes, credendā dic vt in gl. supra Accur.

SYL. * ¶ Vtro modo legatur, siue credendis, siue credendā, vna est verbi credere significatio: accipitur .n. p cōmittere: quo gn̄e loquēdi vtitur ēt in l. 2. §. nos itaq;. C. de vet. iu. enu.

Iustitia est mater iu. d ¶ De iustitia, & iure rubrica. ¶ Iustinianus tractaturus iura populi Romani pręmittit de Iustitia, quæ est mater iuris.

¶ Adde q̄ Iaso. hic intelligit de iustitia in actu.] Et ideo ab ea īcipit sic, obligatio mater est actionis, vt ff. de procurat. licet. §. ea obli. & ideò præ mittitur in trac. vt infra de oblig. in

SYL. princ. & de ac. in princip.

¶ Adde, q̄ ideò præponit, quia iuri operam daturum prius nosse oportet, unde nomen iuris descendat qd̄ à Iustitia dicitur l. j. ff. eo. tit.

e *Et iure.* s. quod ius iustitiam prosequitur ut minister uel filius.

SYL. Adde, q̄ potius, ut effectus iustitiæ & ut administratū, quia si iustitia est voluntas retribuēs ius, ius nō est minister iustitiæ, sed ipsa iustitia est illa, q̄ ius administrat.] Sed quare de hoc ponitur in rub. cū ī textu nihil dicatur diffiniēdo, licet diuidēdo sic? Respōdet Py. quod nihil ē. Vel dic hoc plerunq; fieri, ut aliqd ponat ī rub. quod in tex. non ponitur, vt C. d̄ relig. nam nihil in tex. ibi dicitur de ludo aleæ. *Questio Rubri. Quanquidē, iō non doq; est posuit ī tex. generade iure ne lior nigrauaret ru- gro. des aīos Fm* SYL.

¶ Adde quòd tunc fuerūt addita illa verba in rub. quando fuit addita illa cōstitutio Græca: antiquiores .n. codices non habent.] Vel dic q̄ est verius ut diffiniatur, vt dicemus infra eodē tit. §. iuris præcepta in glo.

Iustitia ¶ Diuiditur titulus in sex partes. In prima diffinit iustitia. In secunda iuris prudentia. In tertia ostendit qualiter ad iuris cognitionem sit proced endum. In quarta ponit præcepta iuris. In quinta diuidit inter publicum & priuatum. In sexta proponit dicendum de priuato. Casus figurari nō potest cum ponat diffinitionem. ratio autē dubitādi, & decidēdi inde colligitur, quòd dixit Cice. 1. Offici. quòd omnis de aliqua re disputatio debet à diffinitione proficisci ut sciatur id de quo disputatur. Nota diffinitionem iustitiæ. Itē ibi vnicuiq;, quòd non est habenda acceptio personarū. Item ibi constat, quòd iudex non debet moueri passionibus. Item ibi tribuens, quòd vera iustitia cōsistit ī administratione SYL. *Diuisio.* *† Cōcor. cum hoc prin. 12. q. 2. c. cū deuotissi*

mam.& gl. in c. forus. ner. iustitia.ex tra de uer.sign.

stratione non in cognitione. Itē q̄ iuris prudentia versatur etiā in cognitione rerū diuinarū, & q̄ est cognitio iusti & iniusti. Itē quòd enumeratio contrarariū non est superflua nisi super vtroque detur doctrina.

a ¶ *Iustitia.* Hæc iustitiæ diffinitio pōt intelligi de

† aliàs cuiq; tribuendi.

IVstitia[a] est †cōstans & perpetua volunras, ius suum† vnicuique tribuens. [b] Iurisprudétia est diuinarū atq; humanarum rerū notitia

diuina iustitia.q.d. Diuina iustitia est voluntas constans & ꝑpetua &c, & s̄m hoc hæc verba in ea posita sūt plana. Sed nōne iniustum fuit, quòd tm̄ datū fuit mercenario serò venienti, quantum illi qui mane venerat: quod tamen Dei iustitia laudat, contra ff. de annu. lega. l. 2. & de verbo. significatio. l. secunda. §. cuiusque?

Dub.

Respon. illud diuinum mystice dicitur. q.d. tantum habebit de paradiso ille qui decedit in hoc vltimo seculo si faciat bonum, quantum & ille qui decessit in primo seculo.

Respon.

ADDITIO. Et hoc ideò est, quia ecclesia nunquam claudit gremium redeuntibus, vt in epistola inter claras. C. de sum. tri. c. sup eo. extra de hære. lib. 6. Ange. Aret. & Iaso. May.

ADDITIO. Imò nō fuit iniustum, q̄a paterfa. tāquā moderator rei suę potuit in ea talem legē statuere, vt C. man. l. in re mandata. s̄m Iaso.

SYL. ¶ Adde quòd illud iustum fuit, quia sic fuerat conuentum. l. j. §. si conueniat. ff. depo. si. dixit enim Amice nō facio tibi iniuriam, nonne ex denario conuenisti mecum?]

¶ Vel dic s̄m Ioan. quòd de fragili hoīs iustitia loquitur. q.d. iustitia humana, vel quæ est in hoīe, est voluntas cōstans &c. & secundum hoc illa duo verba, cōstās & perpetua. abijciuntur extra. quia homini nō possunt conuenire. cum scriptū sit, quòd septies in die cadit iustus, & illud nunquā in eodē statu ꝑmanet, vt ī auth. de non alie. aut permu. §. vt autem.

¶ Adde, quòd intelligitur quatenus homini conuenire pōt. l. si quis venditor. ff. de ædil. edic.] Item quod ibi dicit, ius suum vnicuiq; tribuens, intellige quantum ad affectionem, quia ad actū non pōt. q.d. habens affectum tribuēdi, sicut supra in rub. procemij dicitur de Augusto. sic & de matrimonio, qd̄ est indiuiduū, vt infra de pa. po. in prin. licet interdū diuidatur, vt patet. C. de repul. consensu. Vel tertiò expone, vt in sūma huius tituli, vt volūtas, id est mens, cōstās. i. bona, quasi habitus mētis bonus. Sed Tullius sic diffinit. Iustitia est habitus aī, cōi vtilitate seruata, suā cuilibet tribuēs dignitatē s̄m: Pl. iustitia est virtus, quę plurimū potest in ijs quæ minimū possunt. Vel prout ego credo. Iustitia est aī congrua dispō in singulis rebus rectè dijudicans.

SYL.

Iustitiæ diffinitio secundum Tul.

Iustitiæ diffinitio secundū Pl.

ADDITIO. Dicite q̄ hæc iustitia diffinitur gn̄aliter ad argumētà verò breui distōne facile sic rñdebitis. Aliqñ cōsideratur iustitia prout est in abstracto, tūc iustitia est constans & perpetua. Aliqñ cōsideratur, put est in concreto, vt est posita in corpore hoīum administrantiū, & tunc dicit corruptibilis, nō rōne essentialitatis iustitię, sed rōne mali contenti, hoc est praui hominis. Exēplū posset poni in rustico, qui posuit vinū optimū in prauo vase & destructū est. Xpo.

SYL. ¶ Adde q̄ fuit opi. Albe. in l. iustitia. ff. e. q̄ hic diffiniretur iustitia in abstracto, secus in cōcreto, ꝑ pleniore tñ & uera huius diffinitionis intelligentia vide quę hic scripsi in Ann.]

* ADDITIO. Per voluntatē perpetuam & constantem habitū significat præsertim cum pinguis aliquanto quàm philosophi diffinitionibus prudētes vti cōsueuerīt. Aemy. Fer.

b ¶ *Tribuens*, vt honestè viuat sibi; &

bi: & sic alterum non lædat immò proficiat: vel dic ius suum.i.hominis meritum.

SYL. ¶ Adde, quòd hic est potius effectus iustitiæ quàm ipsa iustitia. vt dicit Aug.lib.19. de ciui.dei.]

tia,[d] iusti atq; iniusti scientia.

¶ Primo leuia, deinde difficiliora sunt docenda: ne scholares aut studiū deserant, aut cum magno labore ad scientiā diffidenter, aut tardius perducantur h.d.Areti.

¶His igitur[b] generaliter cognitis,[c]

a ¶ Notitia. Potest recte legi, vt illa dictio sciētia sit ablatiui casus: vel è contrà sit nominatiui casus, & hæc dictio notitia sit ablatiui casus: sic infra tit.j. in princ. † Sed nunquid secundum hoc oportet, quòd quicunque vult iuris prudens vel iurisconsultus esse, debeat theologiam legere? Respon. non nam in corpore iuris hæc omnia inueniuntur, ut C.de sum.tri. & fide cath. & C. de sacrosan. eccl. & de episc. & cleri. & in authen.sub multis titulis: vbi specialiter de diuinis tractatur.

* ¶ Dic verbum diuinarū positū in hac diffinitione referendum esse ad illam iuris publici partem, quæ in sacris & sacerdotibus consistit, vt plenè tam in Annot. quàm in Commentarijs hoc loco declarauimus.] Item quæ est differentia inter iustitiam, & ius, & iuris prudentiam? Respon. Iustitia est virtus: Ius est eius virtutis executiuum.

ADDITIO. Angelus non putat hoc verum: quia immò magistratus est ille qui exequitur ius, vt l. 2. §. post originem.ff. de orig.iur. Ange.

¶ Iuris prudentia est scientia illius iuris. † Itē iustitia est summū bonū, ius medium, iuris prudētia infimū. Itē iustitia vult tribuere vnicuique ius suum, Ius verò coadiuuat, Iuris prudentia docet qualiter illud fiat.

SYL. ¶ Adde quòd cōmunis resolutio est quòd hęc verba accipianī nō quoad essentiam, sed quo ad ordinem: quia iustitia tanquam in abstracto est primum: ius vt in concreto secundū: iuris prudentia tertium, sicut sciētia post scibile.]

¶ His igitur. ¶ Diuiditur in duas partes, in prima ponit cōsilium suum docendi primò leuia: in secunda rationem reddit per locū ab inconuenienti: secunda ibi.alioqn

Casus. ¶ Quærebatur visa diffinitione iuris prudentiæ quo ordine deueniendum esset ad illius cognitionē; & respondetur vt in tex.* nec placet ratio dubitandi aliàs assignata p.§. discipuli.in proœmio.ff.cum illa epistola factā fuerit post compilationē Institutionū, vt ibidē apparet, vnde ille.§. nullā potuit præbere materiā dubitandi, sed loco casus legendū est quæ in proœmio 8.lib. scribit Quintil.aurea sanè & adhunc locū maximè pertinentia. Not.quòd ea quę ex diffinitionibus cognoscuntur, dicuntur cognita generaliter. Item quòd à facilioribus est inchoandum. Item quòd rudis animus rerū multitudine onerari non debet. Itē quòd non debem⁹ causare quòd iuuenes studia deserant. Itē quòd faciliori via eundum est: & quòd doctrina debet procedere à generalibus ad specialia: & quòd ea doceri debent, quæ auditoribus conueniunt 8. quæstio. j.cap. oportet. Item quòd diffidentia, plerunque remouet animum à studijs: Item quòd in quacunque re est habendus ordo: quòd multitudo parit confusionem quòd illud est simplex cui nihil additur.]

b ¶ *His igitur generaliter.* Nunc vult dicere qualiter leges sunt docendæ.

c ¶ *Cognitis*.i. posita diffinitione iustitiæ & iuris prudentię. Accur.

ba quoad ordinē prioritatis & posterioritatis: & tunc dic summum bonum id est primū &c. ut infra de iure perso. in princi. aliàs secus.

† Alias deest maxime.

† Immo vtraque est nominatiui casus secundum Christo. quia vnctus, ideo uerbo notitia.obtinet uim copulæ.

† Hoc verū secundum docto. nc sicōsideretur hæc uer-

& incipiētibus[a] nobis[b] exponere iura populi Romani, ita† maximè videntur[c] posse tradi cō-modissimè, si primò leui[d] ac simplici[e] via, post deinde diligentissima[f] atque exactissima[g] interpretatione[h] singula tradantur: alioquin si statim ab initio rudē adhuc & infirmū animum studiosi, multitudine ac varietate rerū onerauerimus, duorū alterum, aut desertorem studiorū efficiemus, aut cū magno† labore, sæpe etiā cum diffidentia (quæ[i] plerunq; iuuenes auertit[k]) serius ad id perducemus, ad quod leuiori via ductus, sine magno labore, & sine vlla diffidentia matutius[l] perduci potuisset.

¶ Tria iuris præcepta ex l. iustitia. ff. eo. tit.

¶ Iuris[m] precepta † sunt hæc: honestè[n] viuere: † al-

a ¶ *Et incipientibus.* Datiue possunt legi cum verbo infra videntur, vel ablatiuè vt superius respiciant: & hæc verior.

b ¶ *Nobis.* Loquūtur compilatores huius libri in persona Iustiniani qui debet exponere per eos.

SYL. ¶ Adde, ꝙ imò loquitur Iustin. vt supra in pœ. §. j. vbi dicitur, perfecimus.]

c ¶ *Videntur.* s. iura populi Romani.

d ¶ *Leui.* quo ad verba.

e ¶ *Simplici.* quo ad sententiam.

SYL. * ¶ Leuē ac simplicē viā dixit. i. facilem, quēadmodū etiā in §. sed quia, infra de fidei com. hæ. & in l. vlt. §. tales. C. de fur. quare probanda non est differentia Accur. inter verba & sentētiam, nec illatio de respondendo positionibus simpliciter, quā hinc colligūt doc.]

f ¶ *Diligentissima.* quoad subtilia verba.

g ¶ *Exactissima.* quoad subtilem materiam & scientiam.

h ¶ *Interpretatione.* id est facili sententia.

i ¶ *Que.* scilicet diffidentia.

k ¶ *Auertit.* no. cōtra inconstantiā.

SYL. * ¶ Variatio quando permissa sit, vide Dy. in c. mutare. de reg. iu. li. 6. & Deci. in l. nemo potest mutare. ff. eo.] Sic ff. de proc. in causę. in prin. & in auth. de mon. § . si quis autem forte. vnde Salomon. Tria sunt mihi incognita, & quartū quod penitus ignoro: via colubri super lapidē: via auis volātis in aere: via nauis in medio maris: quartum difficilius † via iuuenis in adolescentia sua: vnde dātur in integrum restitutiones eorū facultatibus, vt infra de hered. qua. & diff. §. sciendum.

l ¶ *Maturius.* Hic no. prouerbiū, Qui vadit planè, vadit sanè.

¶ Iuris præcepta. Text. hic non recipit diuisionē summā, aut casum: & notabilia alia non colligūtur nisi ea que in text. dicuntur.

m ¶ *Iuris præcepta.* i. iura præcipientia præcipiunt aliquid, quod pertinet ad aliquod istorum trium: nam non omne ius præcipit: imò quoddā punit: quoddam vetat: quoddā permittit, vt ff. de legi. l. legis. quoddam consulit, vt. ff. de rei vend. l. is qui. & quoddam hortatur, vt C. de transact. l. lege age.

¶ Adde ꝙ nō intelligit, ꝙ omnia iura præcipiāt: sed ꝙ omnia iura reducātur ad ista tria: aut enim respiciūt honestatem vitæ, aut alterius lęsionē, aut tribuere quod suū est cuiq;.

* ADDITIO. Theophilus addit tria, quod falsum puto. Nam horum omnium vna & eadem vis est.

n ¶ *Honestè*, scilicet quantum ad se, quæ

† alias labore eius.

† cōcor. tex. iuncta gl. in c. omnis ætas. 12. q. 1. & extra de præsum. c. ex studiis. in gl. 20. q. 3. procliuis.

SYL. *† sic in proemio decre. in glo. honestè. & in princ. decreti. ca. humanum genus.*

SYL. *† An autem seipsum liceat offendere vel alteri offensionē sui permittere vide hic per Io. Fab. & Ang. & per Archi. in c. si non licet. 23. q. 5.*

quæ honestas & circa matrimonia est, vt ff.de ri.nup.l. semper. & circa mores seruatur, vt ff.de tut.& curat. dat.ab iis.l.scire oportet.§.pen. ADDITIO. Et ideo dicit Ang.mulierem honestè viuere q̃ viuit secundum mores loci: sed castè viuere non intelligitur quæ transit ad secunda vota, scilicet respectu mariti defuncti vel filiorum eius: sed respectu aliorum secus.

Vlpia.in d.l.j.explicauimus hoc loco diligenter in nostris Commentarijs, post Bud.in Annot.ad d.l.j. ADDITIO.Glo.hic loquitur inutilia & remota. vnde Py. verum dicit quòd hic imperator non diffinit ius, aliud enim est ius diffinire, aliud iuris præcepta enarrare. Ioãnes Fab.

terum [a] non lædere: ius suum [b] cuiq; tribuere. ¶ Ius aut publicũ est aut priuatum: publicum quod ad rem Romanam, priuatum quod ad priuatos spectat.

dicendum est de priuato. hoc dicit, ex l.j.§. huius studij.ff.eo.tit.

¶Huius [c] studij duæ sunt positiones: [d] publicum, & priuatũ. Publicũ ius [e] est, quod ad

¶*Huius.* diuidit in duas partes. In prima diuidit ius. In secunda proponit dicere de iure priuato.

a ¶*Alterum non lædere.* Vnde illud, Quod tibi non vis fieri alij ne feceris. vt in decre.in princip.

b ¶*Ius suum.* vt non solum non lędat, sed etiam adiuuet, nam non sufficit abstinere à malo, nisi fiat quod bonum est, vt argu.in decre.86.dist. non satis. Sed nonne hæc verba acci-

Quest. piuntur hic sicut in diffinitione iustitiæ in fine? Respond.non, imò ibi hæc tria comprehendit: hic autem illud solum quod extra duo prima relinquitur. & not. ꝙ in hoc reprobo

Iuris diffinitio. opi. Py.& aliorum, qui dixerunt, ꝙ in hoc titulo non diffiniebatur ius, quod est ars boni & æqui, cuius meritò quis nos sacerdotes appellat. nam dico quòd hæc verba quæ hic sunt, tantundem præstãt: nam quod hic dicit, præcepta iuris: per hoc dicit ars: cum ars sit collectio multorũ præceptorum. Item per hoc quod dicit, honestè uiuere: alterum nõ lędere. valet tantum quãtum, boni & æqui. Item per hoc quod dicit, ius suum vnicuiq; tribuere. colligo, cuius meritò quis nos sacerdotes appellat, id est sacra, vel iura sua cuilibet ministrantes, vt hic & ff.eodem l.j.secundo respon.

ϒ 1. * *Iuris diffinitionem.* quam tradit

Casus ¶ In diuisione non figuratur. 8 ϒ 1.
Not.ius diuidi in publicum & priuatum: & quod sit publicũ & quod priuatũ. Item quòd res Romana ponitur pro omnibus rebus publicis.]

c ¶*Huius studij.* i. artis adipiscendæ per studium.

d *Positiones.* i. species secuudũ Pla. sed secundum Azonem sic, id est super duobus generibus, nõ speciebus ponitur hæc ars studio discenda. nec enim placet, quòd ex multitudine rerum multa dicantur iura: sic enim diceretur ius aliud equinum, quod super equo tractaret: aliud asininum & sic de singulis: sed credo quòd iste non fuit Pla. intellectus, sed ille qui est præceptoris mei Accursius.

* Ego positiões hoc loco, reiectis subtilitatibus, pro speciebus aut generib. accipi existimo: ius enim aut publicum est, aut priuatum. tametsi aliter Bud. interpretetur in l.j.ff.eo: 8 ϒ 1.

e ¶*Publicum ius.* Et consistit in sacerdotibus (i) & magistratibus.ff. eod.l.j.§ publicum.& in auth.vt lima.& auiæ.§.quia verò.col.8.& C. de summa trinit.& fide cathol.inter claras.& ff.de origin.iur. l.2.§.post originem.

¶ V L. † ¶ Cur publicum ius in sacris & sacerdotibus consistere dicatur, vide Alciatum lib.2.Parer.c.35.

ADDIT. (i) Notat hic Ang. quòd cum ius publicum consistat in sacerdotibus, sacerdos e persona publica: nō potest tamē alteri stipulari, nisi de eo quod spectat ad ipsum vt vsuras restitui, vt not. Io. and. in c. quanquā. extra de vsur. lib.6. Ang.

statū rei[a] romanę spectat.[b] Priuatū est, quod ad singulorum vtilitatem pertinet.[c] Dicendum est igitur de iure priuato:[d] †quod est tripartitè[e] collectum. Est enim ex naturalibus[f] præceptis, aut gentiū,[g] aut ciuilibus.[h]

¶ De iure naturali, gētiū, & ciuili.

¶ Ius naturale est quod omnibus animalibus cōmune est, vt maris & fœminæ coniunctio, liberorū procreatio & educatio. h.d. ex l.j. §. ius naturale. ff.e.

aliàs tripartitū est collectum est. c. etiā &c.

a ¶ *Rei Romanæ.* i. Romani imperij. sic ponitur infra de pa.pot. §. ius autē.

b ¶ *Spectat.* scilicet principaliter. nā & singulorum est vtilitas rempublicam conseruari. Accursius.

c ¶ *Pertinet.* scilicet principaliter: secundariò autem ad publicam vtilitatem pertinet: expedit enim reipu. ne quis re sua malè vtatur, vt infra de iis qui sunt sui vel alie. iur. §.pe.

d ¶ *De iure priuato.* Sed quid de publico? Respon. nō dicet in hoc libro, sed ff. de iure fis. & C.eo.ti. & in aliis tit. sequen. & ferè per omnes tres libros codicis vbi de iure pub. tractatur. Et nunquid illud est tripartitè collectū? Respon. sic vt statim dicam & ex eisdē præceptis. Cum ergo eadem sint exempla publici & priuati quare de priuato tātum dixit q est tripartitè collectum. Rn. quia plura erat de eo priuato dicturus. Item cū fecisset hunc librum causa rudium, nolebat eos multū aggrauare: quod fecisset si tractasset de iure publico in hoc libro.

Iuris priuati tripartiti exēpla.

e ¶ *Tripartitè.* In iure enim priuato, vt in suo toto, tripartita sunt præcepta: naturalia, vt hic, Neminem cum alterius dāno fieri locupletē. vt ff. de cond indeb. l. nam hoc natura. Item gentium: vt Quod quisq; ob tutelā sui corporis fecerit, iure fecisse existimetur, vt ff. eod. l. vt vim. Itē sunt præcepta ciuilia: vt præcepta de vsucap. quia de priuata vtilitate est vsuc. vt infra de vsuc. in prin. ibi, Ne dominia &c. Et sic publicum est ex eisdē exēplis, & ponē eadē exēpla, vt ecce: à iure naturali, vt non locupletetur cum iactura alterius respublica à iure gentium, vt liceat reip. propulsare iniuriam. Item à iure ciuili, vt respub. vsucapiat, sicut priuatus: quæ exempla posuimus supra statim in verbo iure priuato.

Iuris publici tripartiti exēpla.

f ¶ *Naturalibus.* i. iuris naturalis.

g ¶ *Aut gentium.* i. præceptis iurisgentium.

h ¶ *Aut ciuilibus.* i. præceptis.

Cōtinuatio.

¶ *De iure naturali.* ¶ Dictum est supra, quod ius priuatum est collectū ex naturalibus præceptis, gentium, & ciuilibus: nunc de eis dicit. Et primò de iure naturali. Accurs.

Vs naturale est. ¶ Totus iste titulus diuiditur in quinque partes. Primò ponit de iure naturali. Secundò de iure gētium & ciuili. Tertiò ponit vnam diuisionem iuris ciuilis. Quartò rediēs ad ius ciuile & naturale ponit vnā differentiā inter ipsa iura. Vltimò ponit circa quæ versatur ius ciuile. Secunda ibi (Ius autem ciuile.) Tertia ibi (Constat autē.) Quarta ibi (Sed naturalia.) Quinta ibi (Omne autem.) Et hoc principium etiam diuiditur in tres partes.

Primò

Primò ponit diffinitionem iuris naturalis. Secundò declarat illam. Tertiò probat per effectum. Secũda ibi (Nam ius.) Tertia ibi (Hinc descendit.) Ange.

*ADDIT. Glos. in c. ius naturale. j. dist. accipit hic ius naturale ꝓ instinctu naturę ex sensualitate prouenientę ad appetendum, vel ad procreandum, vel ad educandum. Hier. Mess.

†aliàs solius. aliàs nec solũ, nec solius.

SYL.

IVs naturale est quod natura[a] omnia animalia docuit. Nam ius[b] istud non †solum in cœlo,[c] quæ humani[c] generis proprium est, sed & omnium animalium, quæ

Ius naturale. Casus. Quia in fine præcedentis tituli dictum fuit, ꝙ ius priuatum ex tribus præceptorũ generibus collectũ fuit: v3 ex naturalibus, gẽtium, & ciuilibus: quesitũ est ab Imper. quid esset ius naturale: ad qd' respõdet prout in tex. declarãdo qualiter sit cõe oĩbus animantibus: sed quia gratia iuuenũ expediebat rẽ apertius declarare, posuit exẽpla cõiunctionis maris & fęmine, ꝓcreationis & educationis liberorũ. Not. quid sit ius naturale. Itẽ ꝙ ius naturale est cõe omnibuus animãtibus. Itẽ ꝙ coniunctio maris & femine est de iure naturali. Itẽ liberorũ ꝓcreatio & educatio. Itẽ ꝙ licita coniunctio maris & femine a iure ciuili matrimoniu appellatur. Item quod animalia irrationalia ex instinctu naturæ dicuntur habere peritia iuris naturalis & eo vti. Item quod verbũ, videmus, refertur ad oculũ intellectus, & ad ea q̃ intellectualiter percipiũtur: quod no. pro dictis testium. Item quod quãuis animalia ex humo constent, vt homines, tñ genus humanũ ad homines tãtũ refertur.]

†Hæc sit legis intentio: & natura hic accipitur

[a] *Ius naturale* est quod natura. i. deus: †& nominatiuè & ablatiuè potest legi: sic supra tit. j. §. j. Et not. ꝙ quatuor modis ius naturale ponitur, Quandoq; pro iure gentium, vt infra de re. di. §. singulorum. Quandoq; pro iure pactorũ, & sic pro iure prætorio, vt ff. de pact. l. j. Quandoq; pro eius cõtrario. s. pro eo, quod rescindit pacta, vt in restitutiõe minorum, vt ff. de mino. l. j. Quãdoq; pro instinctu naturæ, vt hic, & ff. eo. l. j. §. ius autẽ naturale. Sed secũdum Can. ius naturale dicitur quod in lege Mosaica (i) vel in Euangelio continetur, vt in princip. decre. Et istud (quod) hic est nominatiui casus, quando hæc dictio natura est ablatiui casus: & contra est accusatiui, quando natura est nominatiui, & tunc dic natura, id est Deus.

*Labitur Accursi. dum putat ius naturale vocari ius prætorium. nam vt hic admonuimus in cõmẽtarijs, licet Prætores in edictis suis naturalem æquitatẽ sequãtur, portio tamẽ sunt edicta illorum iuris ciuilis non naturalis. §. constat. infra eo. tit.

ADDIT. (i) Hoc verum in præceptis moralibus: secus in mysticis, seu figuratis: quia illa sunt mutabilia secundum Christoph.

*ADD. qd' diffinitio imperatoris cõplectitur ea tñ que nobis cum pecudibus sunt cõia, qualia sunt maris & fœminæ coniunctio, educatio, & procreatio, alia verò nõ cõplectitur qualia sunt Deo colere, parentibus & patriæ obtemperare, & ideò aliæ diffinitiones colliguntur ex c. ius naturę. j. distin. Hier. Messag.

[b] *Nam ius.* bene dico omnia animalia. Nam ius istud &c. non solum est hominum, sed commune omniũ animalium. Accursi.

[c] *Humani.* id est, hominum.

[d] *In cœlo.* i. in aere, vt aues quæ in arboribus & aere nascuntur, vt infra de re. diui. §. apium.

*Similis expositio in l. æquissimum. §. si tamen. ff. de vsufru

SYL.

SYL.

pro tut sit. libe Ba Fa Pl dic gl fen qui hil lin nat. inte xis quã illã nam deu fecit Sen dix vt ff. e per

a ¶ *In terra.* vt feræ bestiæ, quæ in suis lustris.i.cubiculis nascuntur: & etiam quædam aues.

b ¶ *In mari.* vt pisces.idem dico & si in qualibet alia aqua nascuntur.

c ¶ *Hinc.* i. ab hoc iure naturali. s. Deo, qui primo Adã Euę coniunxit & in paradiso delitiarũ posuit.

d ¶ *Maris.* id est masculi.

in terra, a quæ in mari b nascuntur. Hinc c descendit maris d atq; fœminæ † coniugatio, e quã nos matrimoniũ f appellamus. Hinc g liberorũ procreatio, † & educatio. h Videmus etenim cætera i quoq; animalia istius k iuris peritia cẽseri.

deus operatur ad liberorũ procreationem, & naturalis instinctus.

h *Et educatio.* Nam hoc iure. s. naturali mouetur parens ad educationem filiorum suorum potius quàm alienorũ, vt ff. vnde lib. scripto hære de. in si. & ad hoc etiam tenetur parens, nisi pro se sit insufficiens, vt ff. de lib. agno. l. si quis. §. idem rescripsit.

matrimoniũ. † *Vt quo ad substantiam consensus.*

† *aliàs hic educatio.*

e ¶ *Coniugatio.* Scilicet animorũ, nõ corporum, vt ff. de re. iur. l. nuptias.

Y L. ¶ Adde quod imò corporum, quia cum loquatur de coniunctione cõi omnibus animantibus, non potest intelligi animorum sed corporum: quamuis licita coniunctio restricta ad homines possit dici animorũ potius quam corporum.]

ADDIT. Est tamen differentia ſm Ang. quia secuto solo cõsensu possibilis est separatio p ingressum monasterij, vt C. de epis. & cle. deo nobis. & in decretali ex pub. de cõuer. cõu. secus aũt secuta carnali copula.

f ¶ *Matrimonium.* i. effectum matrimonij. Et sic not. quòd matrimoniũ quo ad originẽ est de iure naturali. s. à Deo, vt hic dicitur. † de iure gentiũ etiã dici põt. quia ab eo receptũ est. † de iure ciuili etiã dici potest, quia ei formam adiunxit & solennitatem, vt patet infra de nup. per totum titulũ, cum dicit à quibus nuptijs sit abstinendũ, & ff. de rit. nup. per totũ: vnde debet dici de iure ciuili, vt ff. de iusti. & iur. l. Ius ciuile.

L. ¶ Adde, q quo ad formã verborum dicitur de iu. cano. & de iure diuino quo ad prohibitionẽ graduũ ascendentiũ & descendẽtium. c. literas. de rest. spo. sed dici potest, quòd nõ coniunctio sed phibitio sit de iur. diui.

g ¶ *Hinc liberorum procreatio.* Nam

tri- ñ a ici st. l a- se- um tib. rẽ- lint ti lys ale nen tio a- Jat [fragments of marginal annotations]

¶ Adde q intantũ est verũ, vt teneatur ad alimenta filij, etiã si legitimã assignasset. l. libertus operarũ. ff. de op. lib. Alex. in l. si cum dotẽ. §. j. ff. sol. mat. * & cõsiderando hoc modo educationẽ, nempe vt redacta est ad necessitatẽ, non est dubitandũ quin sit iuris ciuilis: inspecto verò illo instinctu naturæ, quo ducimur ad educandum liberos nostros, à iure naturali descendit, vt tradit Deciu. in l. pen. nu. 26. C. de pact. Y L.

* Inferẽdum est quòd filius nõ potest renunciare alimentis quæ sibi à patre iure naturali debẽtur Bar. in l. si quis à liberis. §. parẽs ff. de lib. agno. Hier. Messag.

i ¶ *Cætera.* Scilicet animalia, nedũ homines.

k ¶ *Istius iuris.* Scilicet naturalis de quo loquimur. Ex eo enim quòd auis uolat, piscis natat, gallina oua calefacit, mouẽtur isto iure naturali.

¶ Adde p declaratiõe istorũ verborũ Budeũ in suis anno. supra l. j. ff. e. Y L.

* ADDIT Qui reprehẽdunt Budeũ putant peritia esse accusatiui casus, vt expertia. Iustinus sic locutus est lib. 10. Scythas autẽ virtute animi, & duritia corporis nõ opib. censeri. sensus est ergo, celebrari ob peritiã, nam plus est, quam in censum ascribi, & connumerari. Hier. Messag.

¶ Ius

¶ Quilibet populus aut suo proprio iure vtitur à se statuto, quod dicitur ius ciuile: aut cōi omnium hominū naturali ratione introducto, quod ius gentium vocatur: & pop. Ro. vtroque vsus est. h.d. ex l. oēs populi. ff. eo.

Ius aūt ciuile† [a] iure gētiū ita† diuiditur[a] quòd oēs populi, qui legibus[b] & †moribus reguntur, partim suo proprio, partim cōi[c] oīm hominū iure vtūtur. Nā quod quisq; populus ipse sibi ius constituit, id ipsius propriū ciuitatis est: vocaturq; ius[d] ciuile,

†aliàs vel gentium.

Ius autem. Diuiditur in.4.part.in prima ponitur dictū, q oēs populi aut proprio iure vtuntur, aut cōi omnium gentiū, in.2. declaratur quid sit ius proprium & ciuile, in.3. quid ius gentium, in. 4. quòd po.ro. vtroq; vsus est. 2. ibi nam quod. 3. ibi, quod verò. 4. ibi, & populus. Casus. Declaratum fuerat quid esset ius naturale: & quia dictū fuerat, q constabat ius oē ex preceptis naturalibus, gentium, & ciuilibus, declarandum modo veniebat quid esset ius gentiū & ciuile. dubiū autem faciebat, quia cū ista iura essent cōia hominibus tantum, nō videbantur etiā in nomine diuersificanda, sed esse eiusdem speciei. Attamen cōtrarium deciditur, & diuersitas sumitur ab origine: declarando, quòd quoties aliquod ius obseruat apud omnes gentes peræq; ratione quadā naturali, tunc est ius gētium: quoties autem ius seruatur ex dispositione particulari alicuius ciuitatis illud vocatur ius ciuile quasi illius ciuitatis: & quia declarandum erat ius Romanorum, dicit pop. Roma. vtroq; iure vsum esse. No. quòd oēs populi possunt sibi condere statuta: & quòd talia statuta dicuntur ius ciuile. Itē quòd relatiuū quis vel qui stat restrictiuè secundum gl. hic. Itē quod differunt. ll. & mores & sic cō suetudo. Item quòd oēs populi partim vtūtur suo proprio iure, partim cōi. Item quòd ius cōe hic appellatur ius gentiū. Itē vnde dicatur ius ciuile & quare. Itē quòd ius gentiū introducitur naturali ratione. Item quòd ius gentiū dicitur quod apud oēs gentes pereq; obseruatur, & vnde dicatur. Itē q po.ro. habet suas ll. partim à iure gētium, partim à seipso. Itē quòd singulæ materię sunt tractādæ suis locis, & non sunt confundendæ.]

a *Diuiditur.* i. vnū ab altero sic cognosci tur. Accur.

b *Legibus & moribus.* Nam quidā sunt qui regūtur tantū moribus: & etiam quidam qui nec moribus nec legib. vt homines syluestres: & etiam quidam legibus tātum & non moribus.

¶ Adde, quòd hec gl. cōiter reprobatur hic & in l. oēs populi. quia hoc relatiuum statur declaratiuè, & cōpetit cuilibet de genere. Defendi tamen potest declarando vt hic in nostris Commenrarijs & Annot.

c *Cōi.* Id est eo iure, qd est in cōi apud omnes, siue scriptū sit, siue nō.

d *Ius ciuile.* Vt sunt statuta terrarū quę iura municipalia dicuntur, vt C. de emā. lib. l. j. & sic dicitur ad differentiā iuris naturalis. i. iurisgētiū: & ita accipitur. hic. Secūdo mō dicitur ius ciuile lex. 12. tabul. vt ff. de iustit. & iu. l. ius ciuile. §. hoc igitur.

¶ Adde hoc verū secūdum interpretationem gl. ibi: sed tamen non se restringit text. magis ad l. xij. tab. quā ad aliud ius Romanorū.] Tertio dicitur ius ciuile omne ius qd nō est prætoriū: & sic accipitur. ff. de iusti. & iure. l. ius aūt ciuile. in prin. & §.

quasi ius propriū ipsius ciuitatis. Quod verò naturalis[a] ratio inter oēs gentes cōstituit, id[b] apud oēs populos peræq; custoditur. vocaturq; ius gentiū, quasi quo iure omnes gentes vtū tur.[c] † Et populus itaq;[d] Romanus partim suo[e] proprio, partim cōi omniū hominum iure vtitur. Quæ[f] singula qualia sint, suis locis proponemus.[g]

ius prętoriū. Quarto dicitur disputatio prudentium q̄ fuit facta super l. 12. tab. vt ff. de ori. iur. l. 2. §. hæc disputatio. ſm Ioan. Quinto quidquid scriptū habemus de iure, dicitur ius ciuile, vt cū dicitur: est. n. sanctissima res ciuilis sapientia, quæ pretio nūmario nō est æstimanda, vt ff. de va. cog. l. j. §. pinde. Sexto dicitur quoties adijcitur aliquid iuri naturali, vt in] matrimonio nō diximus, vel detrahitur iuri naturali, vt in vsucapionib. vt infra de vsucap. in princi. † vel additur iurigentiū, vt in tutela inuenta à iure ciuili originaliter, vt infra de tute. in prin. vel detrahitur, vt in potestate seruorū restricta vt infra de iis qui sui vel alieni iuris sunt. §. sed hoc tpe. hoc. n. ius ciuile dicitur, vt ff. de iust. & iu. l. ius ciuile. j. respon. & hęc exēpla sunt ibi nota. ¶ Adde q̄ hęc gl. dicitur magistralis ab Ang. hic, tamē dicēdū est clarius, q̄ qñq; ius ciuile capit strictè, & ponitur ad differentiā p̄torij: quādoq; largius, & cōprehēdit prætorium, & omne id quod à po. ro. est cōstitutū, quādoq; largissimè, & capitur etiam pro naturali vel gentiū recepto à iure ciuili, siue sit simpliciter receptū, siue aliquid additū vel mutatū: quæ probantur in l. ius ciuile. ff. eod. tit.]

a ¶ *Naturalis ratio.* Not. quòd ius gētium naturali ratione est inductū, vt hic, & infra de re. diui. §. singulorum. vnde est ius immutabile, vt infra eo. §. sed naturalia. Accur.

b ¶ *Id apud.* Nunc soluit. Accur.

c ¶ *Vtuntur.* Vt est religio erga deū vt parentib. & patriæ pareamus † & contra violentiā resistamus, vt ff. de iust. & iur. l. j. in fi. & l. 2. & 3. Itē cōuētiones siue pacta, q̄ apud oēs gentes valēt, vt inf. eo. §. ius aūt gentiū. & ff. de pact. l. iurisgentium. in prin.

d ¶ *Itaq;.* Quia omnis populus vtitur partim iure cōmuni, partim &c.

e ¶ *Suo.* q̄r pro se tm̄ cō posuerunt. aliàs esset l. generalis, vt inf. eo. §. lex.

f ¶ *Quæ singula.* s. iura gentiū & ciuilia, quibus vtunt̄ ciues Romani. & effectus eorū iurium dicetur. infra de re. diui. §. singulorū, vsq; ad fi. tituli, vbi dicit̄ qualiter acquiruntur dñia iure gentiū. item infra de vsuca. & in tit. sequ. in quibus dicitur qualiter acquirunt̄ dominia iure ciuili. & ſm hoc refert̄ ad proximum dictum, & illud intelligas de iure ciuili Romanorū generali. Vel aliter dic: proponemus infra eo. tit. §. pe. vbi dicit alterum variabile, vt ciuile, alterū non, vt gentium. & ſm hoc non refertur ad proximum dictum, sed ad id quod dicit supra. Nam &c. & etiam, Quod verò &c. ¶ Adde, quòd prima verior est propter illa verba Suis locis.]

g ¶ *Proponemus.* sed vbi? Resp. forte infra de re. diui. §. singulorū. † & refertur nō ad proximum dictum, sed ad id quod dictū est: Nam quod quisque &c. & ibi, Quód vero &c.

¶ Sed ius quidem. Diuidit̄ in duas partes, ī prima declaratur, q̄ ius ciuile ab vnaquaq; ciuitate cōdente appellatur: ī scd'a q̄d venit appellatione iuris ciuilis. scd'a ibi, s3 quoties.

Casus. Quia dictū fuerat vnāquāq; ciuitatem ius sibi constituere posse, idq; vocari ius ciuile quæsitū fuit an in iure ciuili eēt particularis aliqua appel-

Angel. aret. hic. † In hoc s. quia eo iure oīa erāt cōmunia secundū Iaso. hic aliàs in gl. presu. quòd illo iure esset dare meum & tuū, esset fal. vt per Iac. de Are. Bald. & Albe. in l. ius ciui. ff. de insti. & iur. † Ista gl. contradicit gloss. praced. sed ambæ sunt bonæ vt referatur ad proximū dictū vel ad rem motum, cū secundum ambas expositiones loqmur de iure gentium & ciuili secundū Nico.

¶ Ius ciuile denominatur à populo condente : & iuris ciuilis appellatione ius romanū ītelligitur p antonoma.h.d. ¶ Sed ius[a] quidem ciuile ex vnaquaque ciuitate appellatur : [b] veluti Atheniensiū : nā siquis velit Solonis, [c] vel Draconis leges appellare ius ciuile Atheniensiū, nō[d] errauerit. Sic[e] enim & ius, quo Romanus populus vtitur, ius ciuile Romanorū appellamus, vel ius Quiritū, [f] Quo quirites vtuntur. Romani enim à Romulo, Quirites à Quirino[g] appellā

appellatio.dubiū faciebat:quia cum esset positum ad differentiā iurisgentiū, quod vno vniformi nomine appellatur, videbatur eodem mō esse etiā ius ciuile. Cuius contrariū deciditur, dicēdo ius ciuile nomē recipere ab vnaquaq; ciuitate condente. Ratio differētiæ ēst quia cum illud sit ius gētium qd' per æq; apud oes seruatur, nō. pōt esse nisi vnicū : at ius ciuile diuersificat̄ ſm diuersas qualitates dispōnētiū à diuersis populis factas. Sed tunc dubitatum fuit: q̄d si repertiat̄ facta mētio iuris ciuilis, inter tot iura ciuilia de quo intelligēdum erit : & dubium faciebat, quia cum tot essent quot ciuitates, nomē videbatur equiuocū, quia casus præsupponitur remotis omnibus cōiecturis, & posito simpliciter iure ciuili in eius simplici denominatione: & ideò ea videbatur capiēda interpratatio, quę solet fieri in similibus equiuocis. l. duo sunt titij. ff.de test.tu. Tamen contrariū deciditur disponendo, φ intelligitur de Romano per antonomasiā. q̄ rō per se tollit ratione dubitandi:quia alijs cessantibus excellentia ipsa est cōiectura, quæ ostendit q̄ fuerit mens disponentis & nominantis ius ciuile. No. φ ius ciuile ab vnaquaq; ciuitate appellatur. Itē vnde sint dicti Romani, & vnde Quirites. Item φ non adiecto alio noīe, iuris ciuilis appellatione, intelligitur de Romano:& ita intelligas hunc text. quia quāuis à pluribus alleg̃etur hic tex.noster, φ appellatione iuris veniat ius Romanorū, tamen q̄ ita intelligunt nō bene intelligūt, deciditur.n. hic non q̄d veniat appellatione iuris, sed q̄d veniat appellatione iuris ciui. ita.n. ρbat aduersatiua illa, ſʒ quæ facit retineri eosdē terminos, Alex.in l.filius à patre. ff.de lib. & posth. itē tex. ibi, si nō addimus nomen cuius sit ciuitatis. Itē no. quòd verba equoca in dubio intelligūtur ī digniori & potētiori significatu.]

a ¶ *Sed ius quidem &c.* Diximus autem populos commune aut propriū ius habere:Sed &c.

b ¶ *Ciuitate appellatur.* id est nomen illius ciuitatis vbi factum est ius ciuile debet ei imponi.

c ¶ *Solonis.* Nomina sunt compositorum statutorum in illis ciuitatibus: sicut si appellat quis ius ciuile Boñ. statutum à compositoribus inuentū & consilio confirmatum.

d ¶ *Non errauerit.* immò bene dixerit.

e ¶ *Sic enim & ius.* Quod pro se tantum composuerunt : aliter esset generalis lex, vt infra eod. §.lex est.& de hoc, scilicet iure ciuili generali potest hic loqui.

f ¶ *Ius quiritum.* Pro eodem, licet nomina mutet.

g ¶ *A Quirino.* qui fuit eorum rex: dictus à Quiris quod est hasta : quia magna hasta in bello vtebatur.

¶ Adde, quòd Quirinus & Romulus idem est, ita dictus ab hasta quā erat solitus gestare, quæ Sabinorum

 lingua

lingua curis dicitur, sicut & Iuno curitis est appellata.]

ADDIT. Quirinus vnde dicatur vide apud Ouid. li. 2. Fasto. siue qđ hasta cuius priscis est dicta sabinis, bellicus à telo uenit in astra Deus, siue suo regi nomē posuere Quirites, seu quia Romanis iunxerat ille cures Hier. Mēssa.

a¶ *Ciuitatis.* Sed simpliciter dicitur ius ciuile.

b¶ *Nostrum.* Scilicet Romanorū per excellētiam. ADDIT. Et ideò dicit Io. Fab. quòd in supplicando pro præbenda ecclesiæ cathedralis, specificatio ipsius ecclesiæ vitiaret: quia sufficit quòd dicatur: In ecclesia Lugdunēsi, vel Parisien. & quòd ita de facto vidit obseruari.

c¶ *Ius.* Scilicet ciuile Ro. propriū, vel generale si est factū vt sit gñale.

d¶ *Virgilius.* Idem in apostolo. nā Paulus in diuina scriptura intelligitur. Item vbi dicitur sapiēs, intelligitur Salomon.

Diuisio. ¶ *Ius autem.* Primò ponitur vnū dictum. Secundò ponitur rō quare ius gentiū fuit inuentū. Tertio ponitur exēpla rōnis. Secunda ibi, (Nā ius.) Tertia ibi, (bella.) Ang. Are.

Y L. ¶ *Ius autem gentiū.* Caius. ¶ Visum fuit in quo differret ius gentium à iure ciuili, & vtrūq; satis declaratū: vnde quesitum fuit an sicut ius ciuile habebat suas dispositiones, ita & ius gentium. Ratio dubitādi fuerat quia supra dictū fuerat, quòd illud erat ius gentiū, quod naturali rōne peræq; custodiebatur: nō videbatur ergo esse debere aliquod ius constitutum in ipso iure gentiū, sed quasi omnibus gentibus à natura pariter infusum. Respondetur tñ contrariū, & assignatur rō in tex. ibi, nā vsu. In hoc tamē differt à iure ciuili, quia hę cōstitutiones omnium gentiū consensu factæ sunt, illæ particulari alicuius verbis. Not. ius gentium esse cōe omnibus gentibus, & quòd constitutiones iurisgēt. vel ex commoditate vel ex necessitate gētium sunt introductæ. Item quo iure bella & seruitutes ortæ sunt, & seruitutes naturali iuri esse contrarias: & quòd de iure naturæ omnes homines liberi nascebantur, & quòd omnes ferè contractus sunt de iure gentium. Item not. quòd. ll. & statuta debent fieri aut propter commoditatem, aut propter necessitatē hominum. Item quòd ius gentium derogat iuri naturali: item quòd dictio, ex, denotat principium temporis.]

e¶ *Ius autem.* Autem pro sed: & repetit de iure gen. vi aliquid dat.

¶ Adde notandum esse hanc glo. vt non dicatur superfluum, quando aliquid reperitur vt aliquid addatur.]

f¶ *Omni humano.* Sed nūquid plura humana genera sunt? Respō. nō ex ponō †ergo. i. omnibus hominibus.

g¶ *Nam vsu.* ab initio. n. pauci erāt homines: indiguerunt tamen aliquo communi

Genus humanū est vni cum. Y L. †Vel ex pone. i. toti secū dū Nic. & Ioā. Fab.

---

tur. Sed quoties non addimus nomen cuius sit ciuitatis,[a] nostrū[b] ius[c] significamus: sicuti cum poetam dicimus, nec addimus ei nomē, subauditur apud græcos egregius Homerus, apud nos Virgilius.[d]

¶Ius gentiū omnibus hominibus est commune, & à gentibus factum vsu & necessitatibus ita exigentibus: ex quo bella licita oriūtur, & captiuitates, & seruitutes, & contractus quibusdā exceptis. hoc dicit, vsq; ad §. constat. ex l. manumissiones. & l. ex hoc iure. ff. eod.

¶Ius[e] autem gentiū omni humano[f] generi cōe ē. Nā[g] vsu exigēte,

communi vſu:& quanto plures fuerunt,tunc magis ſuas cōſuetudines habebant: & ſtatuta: puta vt nullus vineam, vel hortū alterius intraret: & hoc ſequitur:&,pbatur ff.de iuſt. &iu.l.ex hoc iure.

Bellum eſt à iure introductum. a *Bella*.Sed quo à iure deſcēdit bellum,cum ſit à iure prohibitum, vt ff. de vſufr.l. æquiſſimum? Rñ. loquitur de eo quod à populo Ro. eſt indictum hoſtibus, vt ff. de cap. & poſtli.reuer.l.hoſtes.

S Y 1. Adde quòd bellum naturali rōne inductū eſt,vt pax habeatur, & nos noſtraq; tueamur.c. militari.c. noli exiſtimare.& c. apud veros.23.q.j. de qua re abundè diſſeruimus in noſtris Annotatio.

ADDITIO. Immò à quocunq; ēt priuato pro ſuo recuperando; & de licentia ſuperioris,ſi per ipſum recuperare non valeat, & hoc nedū cōtra ſuum detinentes, ſed etiam eos iuuantes, ſecundum Ioan.& doc.

Item propulſare violētiam, quod eſt licitū,vt ff. de iuſt.& iu.l.vt vim & ff.de vi & vi ar.l.j.§. vim vi. cum moderamine tamē,vt C.vnde vi l.j.

S Y 2. Adde quòd aliàs declarabam hoc moderamen, eſſe iniuriæ illatæ, vel inferendę ſubitam propulſationem, periculo proportionatam vitæ rerum vel honoris:in d.l.vt vim.]

b *Ab initio*. Sed nunquid hodie? Quidā dicunt ſic: nos contra:nā ſeruus naſcitur,vt infra de iu.per.§.ſerui.el 2.& ff.de nata.reſti.l. interdū.

c *Penè*. Penè dicit † propter quatuor contractus,vt ,pter ſtipulationem,vt infra de act.§.de conſtituta.

† *Idem Bar. &*

Item propter literarum obligatio. vt infra de lit. obl.Item propter cō tractum emphyteuticum,vt infra locati §.adeò. Item propter ſponſalitiam largitionē.i. donationem propter nuptias, vt in auth. vt ſpon.largi.§. j.& ij.collat. 9. Et nota, quòd hic dicitur omnes contractus eſſe de iure gētium, ſed nō oēs obligationes; nam quæ ex maleficio vel quaſi ſunt, non ſunt de iure gentium:ſed vel à lege 12.tabularū, vel alia lege.

Nic. & uide glo. ſimilem in l. ex hoc iure ff.de iuſti.et iu. et in l. legitima. ff. de pac.

& humanis neceſſitatibus,gētes humanæ iura quædā ſibi conſtituerunt. Bella[a] etenim orta ſunt, & captiuitates ſecutæ,& ſeruitutes:q ſunt naturali iuri cōtrariæ. Iure.n. naturali oēs homines ab initio[b] liberi naſcebanť. Et ex hoc iure gētiū oēs penè[c] contractus itroducti ſunt: vt emptio, & venditio,locatio & conductio, ſocietas, depoſitū,mutuū, & alii innumerabiles.[d]

ADDITIO. Prout glo. loquitur in quaſi maleficiis,approbatur,quia in his contingebat aliquē obligari ex facto alieno:quod ius gentium non cōſiderat : ſed prout loquitur in maleficiijs,reprobatur per l.j.ff.de fur. vt per Ange.& Chriſto. hic.

d *Innumerabiles*.i.nō facile ad numerandum habiles, vt infra de re. corpo.& incorpo. in princi.

*ADDITIO. Intellige nomine emptio.& uendi.permutationem, cum emptio non conſiſtat fine pretio, eoq; in numerata pecunia, nummi aūt non ſunt inuenti iure gentium, quorum initium refertur ad Aeginetas, lōgè poſt liberū patrē. quē Pla. lib.6.tradit inueniſſe emptionem & venditionem. Aemil. Fer.

Conſtat autem. Poſtquā doc.ſimul legunt vſq; ad §. ſed & qđ principi. diuidiť illuc vſq; in v.partes. in prima declaratur ex quo ius noſtrum conſtet: in ſecunda quid ſi ius ſcriptū: in tertia, quid ſit lex : in quarta quid plebiſcitum; in quinta quid ſenatuſconſultum . partes patent. S Y 1. *Diuiſio.*

Caſus

¶ Ius Romanum, aut scriptum est, aut nõ: scriptũ est lex, plebiscitum, senatuscõsultum, cõstitutiones, edicta prætorum, & prudentum respõsa. Quorũ lex est quæ a populo plebiscitũ à plebe, senatusconsultum a senatu fertur. hoc dicit. ex l. ius ciuile. cum l. seq. ff. e.

¶ Constat aũt ius nostrũ [a] quo vtimur, † aut ex scripto [b] aut nõ scripto: † vt [c] apud Græcos, [d] τῶν νόμον οἱ μὲν ἔγγραφοι οἱ δὲ ἄγραφοι. ¶ Scriptum autẽ ius [e] est lex, plebiscita, senatusconsulta, [f] principum placita, magistratuũ edicta respõsa prudentium. ¶ Lex est, [g] quod pop. Ro. senatorio magistratu interrogãte (veluti [h]

Casus. Non est ponendus quia procedit partiendo & describendo. No. ius Romanum aut l. scripta constare aut consuetudine. Item no. partes iuris scripti. Item modum ferendarum legũ, plebiscitorum, & senatusconsultorum. Item quòd consul dicitur magistratus senatorius; & tribunus dicit plebeius. Itẽ quõ differat plebs à populo. Itẽ q̃d veniat appellatiõe populi. Itẽ quòd patricij, & senatorij veniunt appellatione populi; secus appellatione plebis. Item quid sit plebs. Item quòd plebiscita ex lege Hortensia sunt eiusdem ptãtis cuius sunt leges. Item quòd difficile est multos simul adunare.

a ¶ *Ius nostrum*. Idest ciuile romanorum, de quo diximus supra eo. §. sed ius. Large vocat ius ciuile, quidquid scriptum habemus de iure generali, vt diximus supra eo. in glo. Vt sunt statuta terrarũ &c. ibi quinto &c. Item quidquid habemus de moribus hic comprehendit. s. generalibus, *vt* patet ex inferioribus.

b ¶ *Ex scripto*. De hoc dicit vsq; ad §. ex non scripto. infra eod. & de nõ scripto ibi dicit. Accur.

ADDIT. Non tñ est necessaria scriptura ad substantiã legis, sed ad probationem tantum, arg. l. cõtrahitur. ff. de pigno. secundum doc. hic.

c ¶ *Vt*. pro sicut.

d ¶ *Apud Græcos*. Nã & Græci vtebantur iure scripto, & non scripto, vt infra eod. §. & non ineleganter.

* ADDI. Græca sic vertẽ, legum aliæ scriptę sunt, aliæ non scriptæ.

e ¶ *Scriptum autẽ ius*. s. ciuile romanorũ, de quo dixit supra e. §. sed iu. Acc.

f ¶ *Senatusco*. Quare dicti sunt cõsules, not. ff. de or. iu. l. 2. §. exactis 2.

g ¶ *Lex est*. Hęc diffinitio quo ad sẽtentiam concordat cũ ea, quæ est. ff. de leg. & senatuscon. l. j. licet quo ad verba dissentiat. Diffinitur, & alio modo. l. est sanctio, sancta, iubẽs honesta, prohibens cõtraria, quę innitur ex lege Græca. ff. de leg. & senatuscon. l. 2. Item diffinitur tertio modo vt in alia lege Græca colligitur in eo. tit. de legi. & senatuscon. l. 2. Accur.

[Adde, quòd hic non diffinitur lex sed describitur modus. l. ferendæ, quia in essentia non differunt, sed in auctoribus & modo condendi.]

h ¶ *Veluti*. Exemplificatiuè ponitur, vt infra §. proximo. nã facta cõuocatione populi Romani, magistratus, scilicet senatus; nõ totus, sed qui maior erat omnibus, interrogabat populum, scilicet consulendo, an sic placeret.

ADDI. Et ideo dicit Ang. quòd nõ valeret statutũ in cuius confectione constaret, quòd non fuerit in consilio per priorem facta propositio; secus tamen in dubio. Ang. Arc.

† *aliàs, aut scripto, aut sine scripto.*

Legis diffinitio.

† *Vide ad hunc locũ Bud. cum in l. ius ciuile. ff. de iusti. & iure. et And. Alciat. li. 2. prætermiss.*

SYL.

¶ Et

Et sic ad libitum populi fiebat, vt ff. de ori. iur. l. 2. in prin.

a *Consule*. Nam consul vice senatorum interrogabat populum, & sic ipsi senatores videtur interrogare. Nam qui per alium facit, per se facere uidet, vt ff. de vi & vi armat. l. j. §. deiecisse. & ff. de admi. tut. l. ita autē. §. gessisse.

ADDITIO. Debet tamē in libello exprimi, quòd per te, vel alium tuo nomine tale qd cōmisſū fuerit: aliàs agēdo contra te, & probando de alio tuo nomine spoliante, non obtineret: secundum Ioan. Fab. & Angelum.

Nam rectè omnia nostra facimus quibus à nobis auctoritas impartitur, vt C. de vete. iur. enucl. l. j. §. sed & si quid. ver. omnia.

b *Veluti*. Exēplificatiuè ponitur vt supra. §. proxi. erat. n. vnus noīe tribunus, qui preerat plebeijs, & eorum magistratui, qui interrogabat plebeios vt ff. de ori. iur. l. 2. §. augescente. & §. ijsdem temporibus, & multas leges habemus de his, vt l. aquili. vt infra ad l. aquil. §. ex hoc tū capite. & ne præsides accipiant nisi esculenta, vt ff. de offi. procon. l. solet. §. fi. & ff. de of. pſi. l. plebiscito.

ADDITIO, Sed nec hodie illa, si habent salarium, vt ibi no. secus in delegatis, extra de rescrip. c. statutum, §. insuper. lib. 6. Io. Fab.

c *Species à genere*. Est aūt genus, quod prædicatur de pluribus differentibus specie: vt animalium aliud rōnale, aliud irrationale: & sic se habet populus, vt sequitur ad nobiles, & ignobiles. Species autem, quæ prędicatur de pluribus differentib. numero. vt hominū alius Titius, alius Seius: sic se habet plebs. nā minores tantum comprehendit, vt sequitur.

Consule[a]) constituebat.

Plebiscitū est, quod plebs plebeio magistratu interrogante; veluti[b] Tribuno; cōstituebat.

Plebs autē a populo eò differt, quo species[c] a genere: nam appellatione populi vniuersi ciues significantur, cōnumeratis etiam[d] patricijs[e] & senatoribus. † Plebis autē appellatione, † sine patricijs & senatoribus cæteri ciues significantur.

Sed & plebiscita[f] lege Hortēsia[g]

Adde quòd melius dixisset Imperator Quo pars à toto, quia differētia speciei & generis nō pōt accommodari, quia hic posita plebe non ponitur populus, sicut specie posita ponitur genus; tuemur tū Imperatorem hic in nostris Annota. Et sciendū est genus aliter accipi apud Legistas, aliter apud Dialecticos, vt tradit Bart. in l. meuius. § duobus de lega. 2.

d *Etiam*. q. d. Non solum plebeij appellatione populi cōnumerātur, sed etiam patricij.

e *Patricijs*. Qui erant quasi patres principis, vt infrà quib. mo. ius pat. pot. solui. §. filius.

f¶ Iura. Vnde præferendus est ei, in quẽ vnũ tm̃ concurrit: & sic duę rõnes pualent vni, vt in auth. de cõsan. & vter. fra. §. j. colla. 6. & C. de edil. di. adr. tol. l. fi. nisi vna sit melior duabus, vt colligitur ff. de inoffic. testamen. nam & si. & ff. vnde liberi. l. scripto.

¶ Adde, quòd doct. qui not. hoc, quòd duæ rationes vincunt vnam, intelligunt vnam ex illis duabus: vt si in vna persona, vna ex illis currat, in alia duæ, illa præferatur, ita colligitur ex. ll. allegatis. & ita intelliges quo casu non est ad propositum limitatio glo.]

lis[a] nõ extraneo, sed auo filij sui materno,[b] vel si ipse pater naturalis fuerit emancipatus,[c] etiã auo paterno, vel proauo simili modo[d] paterno vel materno filiũ suum dederit in adoptionem: in hoc casu, quia concurrunt[e] in vnam personam, & naturalia, & adoptionis iura,[f] manet stabile ius patris adoptiui, & naturali vinculo copulatum, & legitimo adoptionis modo † constrictum: vt & in familia, & in potestate huiusmodi patris adoptiui sit.

† alias constitutum.

¶Cum autem.¶ Diuiditur in quinque partes. Primò quòd arrogatio fiat causa cognita. Secundò φ sit iusta causa. Tertiò ponit modũ, sub quo fiat. Quartò φ nõ potest arrogator ipsum emancipare sine causa. Quintò quòd quartam partem bonorũ suorum eidẽ, siue in vltima voluntate, siue inter viuos relinquat. Secunda ibi(. Et exquiritur. Tertia ibi' Et cum., Quarta ibi' Itẽ non aliter. 'Quinta ibi, Sed & si., Areti.

¶Cum autem impubes. *Diuisio.*

*¶Casus. Quæsitum fuit, an pupillus posset dare se ad arrogandum: & videbatur quòd non, quia in arrogatione in primis exploranda est mens illorum, qui arrogantur. l. In adoptionibus ff. eod. pupillum autem nullam habere mentem, traditum est l. pupillus. ff. de regu. iur. Econuerso autem videbatur, quòd talis arrogatio permitti deberet absque alijs adminiculis, ex quo celebratur auctoritate principis, quæ omnẽ suspitionem summouere videbatur, & quia nihil addi posse videbatur principali confirmationi. Sed, supradictis non obstantibus, deciditur, impuberem arrogari posse, dummodo id fiat causa cognita, & atq; arrogator se bona arrogati, si impubes decesserit, illis restituturum

a ¶ *Item amitā*. quæ est soror patris b ¶ *Adoptiuam*. Ab auo paterno. c ¶ *Materteram*. Cautè non repetit, adoptiuam materterā.&c. quia matertera, vel auūculus non fit adoptione, vt hic, & s̄.eo.§. eius. & ff. eo.l. si qua.§.fi.Sed contra videtur. ff. de ritu nup.l.p adoptionem. §. fi.Respon. illud intelligitur, quando adopto in nepotē, quasi ex filia natum, vel in pronepotem quasi ex nepote natū ex filia, quod possum, sicut si nullū haberem filiū, vt j̄.ti.j.§.licèt.tūc.n.soror,&frater eius loco filii cuius facta ē adoptio, est matertera & auunculus:alii mihi filii sunt, vt patet; & sic nō imitatur naturā: q̄a aliter nepos ex filia naturali.& legitima non est in potestate: hic autē cum suis cōcord. loquitur, quādo aliquā adopto in filiam, hæc quidē nō erit matertera filii nati, ex alia mea filia & naturali,&legitima. Sed quæ est rō diuersitatis? Rn̄deo: quia altero casu.s. q̄n adopto in nepotem ex filia est cōmodum materteræ,& auunculo. quia maiores quidem parentes imperant minoribus. quòd secus est in aduerso casu; & ex hac dependet alia:vt naturales, & legitimi sint adoptiuo subiecti, & est ridiculū.econtrario casu esset æquū. ¶ Ad declarationē istius gl.videnda sunt quæ post Ange. & Christo.dixi hic in Commen.latius enim necesse est declarare, q̄ capiat additio.]

S Y L. Matertera magna. d. *Materteram magnā*. Magna matertera, soror auiæ maternæ est: *Amita magna.* amita magna, soror aui paterni est, vt infra de gra. cog.§. 4. *Frater aui materni.* Sed quid de fratre aui materni. Respondeo, est patruus magnus, vt C.de succes.edi.l.j.licèt Plat.contra vt ibi no. Sed cum sint in quarto gradu, quare prohibētur, vt supra eo.§. fratris? Respon. quia hę personę sunt de superioribus trāsuersalibus, quę habētur loco parentum, vt in hoc.§.& q̄a ipsa est ī primo gradu stipitis, vt not. s̄.eo.§. sed nec neptem. & sic nota cautè, quia ordo transuersaliū subdiuiditur in tres partes, supra, infra, et ex latere, vt infra de gra.§.3.4.5.& 6. & maior est abstinētia versus superiores, vt hic, & inferiores, vt supra eo.§. fratris, quàm trāsuersales, vt supra eo §. duorum.

an dicatur patruus magnus.

¶ Item amitam[a] licèt adoptiuam[b] ducere vxorē non licèt; itē nec materteram:[c] quia parētum loco habentur. Qua ratione verum est, amitam, & materteram[d] magnā prohiberi vxorē ducere.

¶ Nō pōt aliquis cōtrahere matrimoniū cum nuru vel priuigna pn̄ti vel pterita.h.d.

Diuisio. ¶ Affinitatis. ¶ Diuiditur in septem partes. Nam primo ponit quandam prohibitionem in genere. Secundo illam prohibitionem exemplificat in nuru, & priuigna. Tertio rationem prohibitionis factæ de nuru, & priuigna assignat. Quarto dictam prohibitionem de nuru factam modificat. Quinto rationem dictæ modificationis assignat. Sexto modificat prohibitionem circa priuignā. Septimò rationem dictæ modificationis assignat. Secunda pars incipit ibi (Vt ecce.) Tertia ibi (Quia vtræque.) Quarta ibi (Quod ita, scilicet) Quinta ibi (Quia eadem.) Sexta ibi (Item si.) Septima ibi (Quia duas.) Aretin.

¶ Affinitatis quoque veneratione. *S Y L.*
¶ Casus. ¶ Quærebatur, an prohibitio nuptiarum ratione agnationis traheretur ad affines: & rō dubitādi erat: quia affinitas, vtpote contracta per fœminas, non videbatur paris potentiæ cū agnatione: *quemadmodum, nec antiquitus erant partes in successionibus j̄. de legit. agna. succes. & de

& de succes.cogn.in princip.] cuius contrariũ respõdetur ex eo, quia nurus & priuigna, de quibus primo loco fuit dubitatum, filiæ loco habentur etiam dissoluta affinitate: nam ea cõstante alia ratione absti nendum est ab ipsarũ nuptijs, quia quis duas vxores habere non põt, vt hic dicit. * Abhorret enim lex cõiũctionem illarum persona rũ, quæ inter se parentum, liberorumue locũ obtinent. §. ergo s̃. eo.] Not. ꝙ rõne affinitatis ꝓhibentur etiam nuptiæ. Item quòd nurus, & priuigna filiæ loco sunt. Not. ꝙ vbi sunt duæ rõnes finales, vna cessante, alia nõ, nõ cessat dispositio, Item ꝙ l. in dubio debet interpretari in casu probabiliter dubio. Item ꝙ non licet eodem tempore habere duas vxores. Item, quòd dictio, quoque, est implicatiua. Item, ꝙ nomina affinitatis durant ea soluta: & verba præteriti temporis sunt abnegatiua præsentis temporis.]

finitur communiter per Cano.] Sed cum vxor videatur affinis viro, qua re permittitur matrimonio vti? Respondeo non est affinis, sed causa affinitatis: sicut vnus non est numerus, sed principium numeri.

¶ Adde, ꝙ s. y. l. hæc est communis opinio. vt ꝑ docto. in l. j. C.

¶ Affinitatis [a] quoque veneratione, à quarundam [b] nuptijs abstinere necesse est, vt ecce priuignã [c] aut nurum † in vxorem ducere non licet quia, vtræq; filiæ loco [d] sunt. Qđ [e] ita. s. accipi debet, † si fuerit nurus, aut priuigna tua. Nã si adhuc nurus [f] tua est, i. si adhuc nupta est, [g] filio tuo, alia [h] rõne vxorẽ eã ducere non † poteris: quia eadẽ duobus nupta eẽ nõ põt. Itẽ si adhuc priuigna tua ẽ, id est si mater eiustibi nupta est, ideò eam vxorem ducere † nõ poteris, quia duas vxores eodẽ tempore habere non licet. [i]

a ¶ Affinitatis. Est autem affinitas, regularitas personarum ex nuptijs coniunctarum, omni carens parentela, scilicet sanguinis, † vt ff de gra. affi. non facile. §. affines, & §. sciendum est, ideo dicit, ex nuptiis, † quia sine nuptijs contrahi non potest, sed secundum canones etiam sine nuptijs.

s y l. ¶ Adde, ꝙ affinitas est propriè personarum proximitas ex coitu proueniens, omni carens parẽtela. ita dif-

b ¶ Quarundam. s. mulierum.

c ¶ Priuignã. Hęc nõia ex nihil. ponũtur statim proxi. in versic. quod ita, &c.

d ¶ Loco sunt. Facit ad hoc ff, solu. ma. l. quia. 2. & l. rei in. §. fin.

e ¶ Quod. i. quę prohibitio.

f ¶ Nurus est. Quæ contineantur appellatione istarum, dic vt ff. eo. l. adoptiuus. §. nunc videamus.

g ¶ Nupta est. Argumen. sumitur hic, & ex proximo. §. quòd si quis habet generale auxilium, non potest petere speciale, vt ff. de mino. l. in causæ 2. & de verbo. obligatio. doli. & ff. de eden. l. quædam sunt in princip.

h ¶ Alia ratione. Non solum supradicta.

i ¶ Non licet. Immo efficitur infamis, ut C. ad l. iuli. de adul. l. eũ qui. Additio. Idem in habente duas sponsas, vel concubinas: seu vxorem & concubinam, vt est glo. no. in §. antepen. super verbo consistente. in authen. qui. mo. na. effi. sui. licèt de facto non obseruetur, vt hic per Ia.

¶ Socrũ. ¶ Diuidit ĩ iiij. ꝑtes, q̃a primò ponit vnum dictum prohibitiuũ cum

† aliàs deest in.

† aliàs fuit.

Affinitas quid

† Vel iõ dicitur affinitas, quia vnus tendit ad fi. alterius, & econuerso se-

cundum Christo. † hoc reprobat Ange. quo ad matrimoniũ proibẽdũ, per l. adoptiuus. §. seruiles. ver. idẽ tamẽ. ff. eo. & ff. de ri. nu. & l. nihil.

† aliàs possis.

Diuisio

cum ratione: secundò illud modificat: tertiò mūdificatum declarat circa nouercam cū rōne; quartò declarat circa socrum cum rōne. Secunda ibi 'Quod & ipsum.' Tertia ibi 'Alioquin.' Quarta ibi 'Item si.' Aret.

¶ Casus eodē modo figurari pōt, quo in superiore. §. cum prosequatur eadē exēpla. Ratio dubitādi erat, quia soluta affinitate, tāq̃ cessante causa, videbatur impedimentū deficere: cuius contrariū respōdet ex eo ꝙ matris loco sūt, sicut superiores filiæ loco erant. Not. ꝙ dissoluta affinitate non licèt socrū, aut nouercam ducere vxorē. Item quòd hę matris loco sunt. Item ꝙ cessante vna ex causis, alia remanente, non cessat effectus.]

† *Nouercam esse loco matris, quo intelligatur, declarat Deci. in l.i.col.i. C. de in ius voc. & Alexan. in l. generali ter.co.ij. ff.eo. ti.*

¶ Cum socru, vel nouerca præsenti, vel præterita, matrimonium cō trahi non potest Aret.

¶ Socrū [a] quoq; & nouercā prohibitū [b] est vxorem ducere: quia † matris loco sūt. Qđ & ipsum dissoluta demū affinitate [c] ꝓcedit. Alioquin si adhuc nouerca [d] est. i. si adhuc patri tuo nupta est, cōi iure impedit tibi nubere: quia eadem duobus nupta esse non potest. Item si adhuc socrus est, id est, si adhuc filia eius tibi nupta est, ideò impediuntur tibi nuptiæ, quia duas vxores habere nō potes. [e]

Filij coniugum ex alijs matrimonijs licitè contrahunt. hoc dicit. ex l. generali. §. īter priuignos. ff. eodem.

a ¶ *Socrum*. Quę sint hæ personę, dic vt ff. eo. tit. de rit. nup. l. adoptiuus, §. nunc videamus.

b ¶ *Prohibitum est*. iure affinitatis, & ad hoc referē illud Qđ & ipsū &c.

c ¶ *Affinitate*. Hæc litera sibi contraria videt: nā si dissoluta est affinitas, non ergo dñt nuptiæ rōne affinitatis īpediri. Sed dic Dissoluta, &c. i. dissoluto matrimonio, ꝑpter qđ continuatur affinitas: sed ipsa affinitas non est dissoluta.

ADDI. Concordat cum hac glo. c. fraternitatis. 36. q. j. quo ad matrimonium secus quo ad alia, vt iij. q. cap. affinitatis.

¶ Adde, quòd quo ad impedimentū matrimonij, & quo ad successionem durat: quo ad alia non; ita cōmuniter tenetur in l. iij. §. affinitatis, ff. de postula. in l. sicut. vbi Ia. ff. de re. iu.]

d ¶ *Nouerca*. sic dicta, quasi nocens arcus: Vel q̃a noua est arca, quasi sine fructu: & facit ff. de inof fic. testa. l. 3. in fin. & l. 4.

* ADDI. Immo quasi noua domus prīceps à patre superinducta, quasi νέωρχος ad accersendam familiā.

¶ Adde, ꝙ dicitur quasi, quæ noua domus princeps à patre supetinducatur.]

e ¶ *Non potes*. aliàs Non possis, scilicet eodem tempore subaudi', vt supra proxi. §.

¶ Mariti Non diuiditur propter vnicam verborum structuram.

¶ Casus. Quæsitū fuit', an filij duorum coniugum ex alio matrimonio iure copularentur: & dubitationem faciebat: quia cum sint priuigni patris, vel matris suæ, & per consequēs loco filij, videbatur, quòd adinuicem præsumerentur loco fratrum, quia se affinitate attingunt: cuius contrariū rñdet ea rōne, quia (vt dixi) non ita par gradus transuersalis est in cōsideratione, sicut dispar, ꝑp affinitatis venerationem: licèt ergo habeantur certo modo loco fratrū tamen

tamen non sunt; & reuerentia, quæ facit cõsiderari quem pro patre, matre, vel filio, cessat existente gradu æquali, & quia quãuis agnati vxoris fiant affines viri, & econtra, tñ inter affines vtriusque non cõtrahitur aliqua affinitas ĩpeditiua matrimonij. ca. qđ sup his. de consang. & affi. Not. sũmariũ. Itẽ ꝙ dictio, rectè, idẽ ipor tat, quod iustè, & legitimè; & in hoc differt à dictione, ritè q̃ importat.i.seruatis solẽnitatib9.l.iustè, & ibi no.ff.de acqui.poss.

¶ Mariti [a] tamen filius ex alia vxore, & vxoris filia ex alio marito, vel contra, [b] matrimonium rectè contrahunt, licèt habeant [c] fratrem sororemúe ex [d] matrimonio posteà [e] contracto natos.

¶ Nõ licèt in vxorem ducere filiam vxoris quondam tuæ natam post diuortiũ, sicut nec sponsam patris, ut filii.h.d.ex.l.si qua.ff. eo.

¶ Si vxor tua post diuortiũ ex alio filiam procreauerit: hæc non est

a¶ Mariti.licè inter se frater, & soror prohibeantur, ut supra eo.§.inter eas.tamen, &c.

b¶ Vel contra.i.econtrario.

c¶ Habeant.illi minores.

d¶ Ex matrimonio. maiorum.

e¶ Posteà†.s.post natiuitatem istorum, & sic aduerbiũ, postea determinat dictionẽ, contracto, vel dic, ꝙ determinat verbũ, habeant, & dic, contracto.s.prius. Nã q̃ ex eo matrimonio.s.maiorũ nascuntur, fratres sunt ex parte matris illi, qui natus est, vel nata prius ex fœmina. Idẽ dicas ecõtra: ꝙ erit frater, vel soror ex parte patris illi, q̃ fuerat ex illo patre natus: & tñ isti nullo iure sibi inuicem iungunt.viro.n. cognati vxoris iungunt, & non alijs cognatis viri. Idẽ econtra; quia cognati uiri vxori iungunt, nõ autẽ alijs cognatis vxoris. Vñ reprobat quorũdã opinio, qui dixerũt, ꝙ nullus de arbore ducit aliũ, nã in ea continentur cognati viri, & uxoris, & tñ iunguntur, ut hic dicit. nec inter se ante matrimoniũ inter

† *Dum dicit in secũdo intellectu ꝙ verbũ posteà posset referri ad verbum, habent & contracto.s. prius intelligite prius.s. quàm isti duo contrahebãt ma-*

duos cognatos viri, & vxoris cõtractum succedunt, vt C. cõia de suc'l. amitę, nec posteà, nisi sicut facit vir vxori, deficiente omni parentela, & excluso fisco, vt C. vnde vir & vxo. l.j. & ĩ auth. ibi signata. ¶ Adde, quòd de hoc est casus in ca. qđ super his. de cõsan. & affi. * & si verba d.l.amitæ.vi debunt adolescẽtib, subobscura adeãt hoc ĩ loco nostros Cõmen.vbi ĩ eorum gratiam posuimus figurationem casus.]

trimoniũ. Ia. May.

SYL.

SYL.

¶ Si vxor Diuidit in duas partes: in j.ponit dictũ: in ij.rationem per locum à simili.ij.ibi, (nam constat.)

¶ Casus. Quærebatur.an filia uxoris.q.meæ, à qua diuortium feci, possit duci in vxorem, & videtur dicendum quòd sic *, quia cum non sit priuigna mea, ex quo nata nõ fuerit ante nuptias cum eius matre contractas, sed post diuortium, nec alio vllo iure mihi iungatur,] non videbatsubesse aliquod impedimentum: cuius contrarium deciditur propter rationem publicæ honestatis, sicut in sponsa patris, & filii obseruatũ est. * Valde.n.abhorret ab honestate, q̃ in primis spectanda est in nuptijs, ꝙ quispiã matrẽ & filiã vxores habuerit.] No. summariũ. Itẽ quòd publica honestas seruat in matrimonijs. Item quòd appellatione nurus non uenit sponsa filii: nec appellatione nouercæ spõsa patris. Item quòd ex hoc tex. videtur, quasi, quòd si cõtractũ sit matrimoniũ, si dirimatur. qđ hodie secus est.c.sponsam. de spon. Item quòd valet argũ à simili.]

¶ Priui-

Priui-gna, priui-gnus.

quidē priuigna[a] tua, sed Iulianus ab hmôi nupriis abstineri †debere ait. Nā constat, nec sponsam filii nurū esse,[b] nec patris sponsam, nouercā esse: recti[9c] tñ, & iure factu-ros [d] eos qui ab hmôi nuptijs †se abstinuerint.

¶ Inter seruos etiā manumissos cognatio impedit matrimoniū contrahendum.

¶ Illud certum est seruiles[e] quoque cognatiões,[f] impedimento nuptijs esse: si forte pater & filia, aut

a ¶ *Priuigna*. quia illa est priuigna mea, quæ ex meá vxore est nata, antequā esset vxor, & fœminæ ille est priuignus, qui ex marito natus fuit, auteq̃ suus esset maritus, vt s̃ e. §. affinitatis, & §. socrū. sed hæc posteà fuit nata: tñ dicit Iulianus abstinendū rōne honestatis (j) vt subijcit, & ff. e. l. si qua. §. si vxor, & l. semper. & ad hoc inducit duo argumẽta, Nam &c.

† Idē in sponsa alicuius, quā nullus consanguineorū sponsi potest ducere uxorē, et in ca. sponsam extra de spon. & matri.

ADDIT. (j) Quę orit ēt ex sponsalibus de futuro, & de facto contractis, vt non possit contrahi cū aliquo primi contrahentis consanguineo. ca. j. de desponsa. impub. in vj. Ange.

† aliàs necesse.

b ¶ *Nurum esse*. Licèt sit sponsa. tamen nō est nurus, anteq̃ eius fiat vxor, & econtrà, licèt sit spūsa patris, quia vxor non est patris adhuc, ideò nō est filij nouerca, ut hic, & ff. de ritū nupt. si qua. §. j. & tamē licèt nulla sit affinitas, est abstinēdum, vt subijcit Rectius &c.

c ¶ *Rectius*. A simili concludit in casu proposito primo in hoc §.

Y L. * ¶ Ioan. Fab. & Ang. putant hoc esse consiliū, ac ꝑ hoc ualiturū matrimonium, si de facto contraheretur: quorum opi. videtur huic tex. maximè repugnare: etenim si iure faciēt, qui abstinebūt ab huismodi nuptijs, non iure igitur facturi sunt qui contrahere audebunt, & consequenter matrimoniū erit inualidum. §. si aduersus. infra eo. de quo latissimè disserui hic in Commen.]

d ¶ *Facturos*. s. scimus, vel constat.

¶ Illud certum est seruiles.

¶ Diuidit in duas partes. In prima ponit dictū: in scđa remittit se ad ff. S Y L.

¶ Casus. Quęsitum fuit, an quod dictū est in liberis, habeat locū in seruis, & uidebatur dicēdū ꝙ non. quia cū ista agnationis, & cognationis iura sint a iure ciuili, ea non videbant per tinere ad seruos. l. quod attinet. ff. de regu. iur.* ꝙ si loquamur post secutam manumissionem, idē quoque videtur dicēdum, ut cognationis causatę in seruitute nulla debeat haberi consideratio. Videmus enim ꝙ si liber efficiatur seruus perit ius cognationis propter seruitutē. §. quod autē. infra de capit. dimi. ergo multominus dicendum est, quòd in seruitute causetur cognatio, cum facilius impediatur aliquid fieri, quàm posteaquam factum est tollatur. l. patre. ff. de iis, qui sunt sui, vel alie. iur, cuius contrarinm deciditur, quia adsunt iura sanguinis pariter in seruis sicut in liberis, quæ nullo iure ciuili aut gentiū tolli possunt. Nec ob. §. quod autem. quia verum est perimi cognationē quo ad effectus iuris ciui. vt quo ad successionem, & tutelā, nō quo ad sui essētiā, matrimonijue contractū, qui fundatur sup rōne naturali, quæ dictat nō esse honestū, vt qui tam arcto naturæ vinculo iuncti sunt, matrimonio etiā copulentur.] No. ꝙ seruilis cognatio ē īpeditiua matrimonij. Itē ꝙ sufficit allegare librū, absq; eo ꝙ allegeī lex. Item ꝙ iura sanguinis manent in seruis.]

e ¶ *Seruiles*. i. dum durant serui.†

f ¶ *Cognationes*. i. consanguinitates,

† aliàs cōtracta

quę

frater & ſoror manumiſſi [a] fuerint. ¶ Sunt & aliæ perſonæ, quæ ꝓpter diuerſas rationes nuptias cõtrahere prohibẽtur: quas in libris Digeſtorum ſeu Pandectarum, ex veteri iure collectarum. enumerari [b] permiſimus.

quę ſunt inter ſeruos: & ĩpediũt nuptias inter eos: item affinitas, vt hic, & ff. eod. adoptiuus. §. ſeruiles. Sed quomodo hoc, cum nulla cognatio ſit inter eos, vt infra de capi. dimi. §. qđ autẽ? Sed illud ĩ iure ſuccedẽdi, & in tutela, vel hæreditate dicit: hoc autem ĩ iure ſanguinis, qđ nullo iure ciuili tolli poteſt, vt hic & ff. de regul. iur. l. iura ſanguinis. & per conſequens etiam in prohibitione matrimonij. Sed nonne & alia ratione inter eos matrimonium impeditur: quia ſunt ſerui, vt ſupra eo. ti. j. reſpon. & C. de inceſt. nup. cum ancillis? Reſpon. durante ſeruitute hęc ſunt duo impedimenta: & eis manumiſſis durat hoc vnum, vt ſequitur.

SYL. ¶ Adde hoc de iure cano. eſſe correctum. c. j. de coniu. ſer. quod præponitur etiã in foro ciuili quo ad matrimonia vt dictum eſt.]

a ¶ *Manumiſſi fuerint*. Vel ambo, & tunc tantum eſt impedimentum ſanguinis; vel vnus tantum, & tũc duo ſunt, quæ impediunt, vt modo diximus.

Matrimonium xiiij. modis impeditur.

b ¶ Enumerari. Poſſunt autem enumerari quatuordecim modi cũ his, quos in hoc titulo habemus, Prim[9] eſt ratione ſeruitutis, vt ſupra eod. j. reſpon. & C. de inceſt. nup. l. cum ancillis.

SYL. ¶ Adde, quòd hoc corrigitur in d. c. j. de coniu. ſer. [Secundus eſt ratione ętatis, vt mares minores xiiij. an. fœminæ minores xij. vt ſupra eod. ij. reſpon.

SYL. ¶ Adde, ꝙ de iure cano. attenditur potentia coeundi. c. puberes de deſpon. impub.] Tertius rõne ſanguinis: quod in tria diuiditur. ſ. aſcendẽtes, & deſcẽdentes, & collaterales, vt ſupra eod. §. ergo. &. §. inter eas. & . §. fratris. & . §. ei[9]. & . §. duorũ. Quartus rõne adoptionis, vt ſupra eod. §. ergo. & . §. inter eas. in fi. vtriuſque. Quintus rõne affinitatis præſentis, ꝑteritæ, & futuræ, vt ſupra eo. §. affinitatis. & . §. ſocrum. & . §. ſi vxor. Sextus rõne matrimonij. Nã ſi habet vnã, non debet habere alterã eodẽ tp̃e. aliàs ẽ infamis, vt ſ. eo. §. ſocrũ. in fi. & . §. affinitatis. in fi. & C. ad l. iul. de adul. l. eũ. Septimus ꝑ ſenatuſconſultum, quod vetat fieri matrimonium inter tutorem & curatorẽ & filios eorum ad quondam pupillã & adultam ſuam vel patris, vt C. de interd. ma. inter tu. l. j.

¶ Adde, ꝙ de iure cano. corrigitur hoc c. fi. de ſecũ. nup. & ibi Abb.] Octauus ꝑ legẽ Papiã & Iuliã. ſ. inter ſenatores & eorum liberos, & libertas, vel alias vilis cõditionis fœminas vt ff. de ritu nup. l. lege papia. & C. de nup. l. ſi libertã. quod capitulũ hodie correctũ eſt, vt in authen. vt li. decet. an. §. ſi quis autem. coll. vj. SYL.

¶ Adde, ꝙ & hoc corrigiẽ d. c. fi. vbi abb.] Nonus ẽ, vt inter præſidẽ & ſibi ſubiectã rõne iuriſdictionis, vt C. de nup. & ſi cõtra. & C. ſi quacunq; prę. pò. l. j. Decimus eſt per conſtitutionem principis. vt cũ ea quã quis de ſacro fonte leuauit, vt C. de nup. ſi quis alumnam, in fin. Idem ſeruatẽ de ipſa commatre, licet noſtro iure tantum non teperiatur. SYL.

SYL. ¶ Adde idẽ ſeruari d. iure cano. c. j. & 2. de cog. ſpi. de qua cognatiões ſpirituali dixi pleniſſimè hoc ſigno in Cõmẽ.] Vndecim[9] ẽ rõne honeſtatis, vt ſ. eo. §. ſi vxor. & ff. eo. l. ſi qua. Eſt & 12. rõne ordinis annexi: vt cũ clericis

Ordo ſacer impeditum trimonium.

cis in sacris ordinibus cōstitutis, vt in authen. q̃uo opor. epis. §. hæc autē. coll. j. & in auth. de sanctis. episc. §. si quis colla. ix. † Est & tertiusdecimus: vt in monachis conuersis & monialibus, licet nō sint in sacris ordinibus constituti, vt in authē. de mona. §. antep. co. j. & in auth. de nup. §. p occasionē. coll. iiij. Est & xiiij. in muliere rapta quæ ꝓprio nubit raptori: quod prohibetur, vt in authen. de rap. mulie. quæ prop. rap. nu. §. j. coll. ix. ¶ Adde, quòd de iure cano. hoc corrigitur. c. fi. de rap. & quia in his ipsum ius cano. attenditur, dicas de iure cano. esse aliqua impedimenta, quę impediunt contrahendum & dirimunt contractum, quæ claudun tur his versibus. Error, conditio, votum, cognatio, crimen: Cultus disparitas, vis, ordo, ligamen, honestas: Sexus & affinis: si forte coire nequibis. Hæc socianda vetāt connubia, facta retractāt. Aliqua uerò impediunt, sed non dirimunt, de quibus his versibus, Incestus, raptus sponsatæ, mors mulieris: Susceptus propriæ sobolis, mors presbyteralis: Vel si pœniteat solenniter, aut monialem Accipiat: prohibent hæc coniugium sociādum: Ecclesia vetitum, necnon tempus feriatum, Impediunt fieri, permittunt facta teneri. Quorum versuum declarationem ponit Henri. Boyc. in c. literæ. de frig. & male.]

† Secus in constitutis in non sacris vel minoribus ordinibus qui si in cedant. SYL. in habitu et tonsura, gaudent priuilegio. c. si quis suadēte. xvij. q. iiij. & priuilegio fori vt ca. i. de cler. coniug. lib. vi.

¶ Omni effectu & nomine matrimonij etiam quo ad filios carent, qui contra ll. coeunt: nec dotes repetunt, & pœnas incurrunt. h. d.

¶ Si aduersus ea quæ diximus [a] aliquis

rit iustas nuptias esse illas, quę secū dū p̄cepta legū contrahunt, simulq; exposuerit caius, ī quibus matrimoniū contrahi leges vetant: nunc infert, ꝙ q aduersus suprascriptas prohibitiōes coierint, iniustas nuptias cōtraxisse intelliguntur. Quo fit, vt cū iuris effectu exutę sint, carere ēt debeāt nomine à legibus imposito l. nō putauit. §. non quęuis ff. de bo. poss. contratab. Itaq; nec vir, nec vxor, nec nuptiæ, nec dos appellatur: & qui ex eo coitu nascuntur, non sunt in potestate parentum, cū sint ex iniustis nuptijs procreati, supra de patr. pot. in princ. sed quantū ad patriam potestatem similes sunt vulgo conceptis. quia sicut illi patrē non habere finguntur, quia illū habēt incertū, ita & hi perinde existimantur, ac si patrē non haberent, quia illum habent, quem habere nō licet. reliqua ī tex. sunt plana.] Not. ꝙ appellatione viri, vxoris, nuptiarū, matrimonij, intelligitur de legitimis: & sic ꝙ dispositio loquens de aliquo, intelligitur de legitimo. Itē ꝙ filij ex coitu illegitimo non sunt in potestate, quia non sunt ex iustis nuptijs. Item not. ꝙ spurij ęquiparantur vulgo conceptis: & vulgo cōcepti intelliguntur non habere patrem. Item vnde dicātur spurij. Itē ꝙ vbi non est matrimonium legitimū, non est dos: & dissoluto tali matrimonio, nō est locus exactioni alicuius dotis. Item ꝙ coitus cōtra ll. punitur alijs pœnis. Itē ꝙ actus contra ll. caret nō solum effectu, sed nomine. Itē ibi. Nec hi patrem. not. ꝙ idem operatur fictio quod veritas quo ad iuris effectū. Itē quòd verbū intelligitur, denotat fictionem.

SYL. ¶ Si aduersus ea quæ, ¶ Diuiditur in tres pates. in prima ponit dictum quantum ad contrahentes contra ll. in secunda quantum ad filios. in tertia [illegible]ntum ad alias pœnas. secūda ibi (Itaq;) tertia ibi (Qui autem.)

* ¶ Casus. Non est figurandus nisi literaliter. Cum Imperator diffinie-

a *Diximus.* vt supra eodem per totum, & etiā adiecimus in proxi. §.

ADDITIO.

ADDITIO. Vide clemen. j. de consangui. & affini.

a ¶ *Itaque*, bene infertur vt supra titu. j. in princip.

b ¶ *Ad patriam potestatē*. Propter hunc casum posuit de nuptiis post titulum de patria potestate.

c ¶ *Vulgo*. Scilicet qui patrem demōstrare nō possunt, vel illicitum, vt ff. de sta. homi. vulgo.

d ¶ *Nam nec hi*. Scilicet vulgo concepti. Vel dic hi de quibus loquitur, scilicet illicitè concepti. * ¶ Prima expositio verior, quam intellige, ut declaraui in figuratione casus.] sed quod dicitur de illicitè conceptis, ad de hoc verum, si vterque sciuit: si verò alter coniugum ignorauit, filij legitimi sunt de iure canonico capitulo secundo qui filij sint legiti. & succedunt patri etiam scienti. c. ex tenore. eo. titu.]

qui coierint: nec uir, nec uxor, nec nuptiæ, nec matrimonium, nec dos intelligitur. Itaque[a] ij qui ex eo coitu nascuntur, in potestate patris non sunt: sed tales sunt (quantum ad[b] patriam potestatem pertinet.) quales sunt ij, quos mater vulgo[c] concepit. † Nam, nec hi[d] patrem habere † intelliguntur: cùm & his pater incertus sit[e] Vnde solent filii spurii, appellari, vel a græca[f] uoce † νόθοι, id est vulgo concepti: vel ἀπάτορες, quasi sine patre[g] fili. Sequitur[h] ergo, vt dissoluto tali coitu, nec dotis, nec donationis † exactioni[i] locus sit.

† aliàs SYL. iam nec hi patre habere intelliguntur eum: & ijs pater incertus est,

sine patre, errore factum est, vt qui sine patre dici deberent, Spurij appellati sint.

f ¶ *A græca uoce nothi*. Nothos græcè dicitur latinè spurius: & apator quasi sine patre: & simili ratione amator dicitur sine matre. ¶ Adde, quod hoc vocabulum spurii latè declarat. Budæus, in suis Annot. in l. vulgo. ff. de sta. ho. * Alciatus tn lib. j. Prætermiss. reponit sporadin. id est vulgo, passim, & sparsim, cuius sententiam amplexus sum hic in Anno.]

† Similis text. in. §. nul SYL. go. j. de successio. cog. † aliàs σποράδην.

† aliàs actioni.

e ¶ *Incertus fit*. Cui pater est populus, pater est sibi nullus, & omnis: cui pater est populus, non habet ille patrem, & secundum hoc dic his scilicet vulgo conceptis. Vel dic his scilicet incestuosis: & tunc dic iuris fictione est incertus.

* ADDITIO. Plutarchus in Problem. Quum veteres, inquit, prænomina notis scriberent, vt Sex. pro Sextus, Ser. pro Seruius. Sp. pro Spurius: eos autem qui vulgo concepti erant ita notarent S. P. hoc id est

* ADDITIO. Spurius dicitur a græca voce σπορον quod significat pudenda Plu. in Proble. Sabinos vxoris pudenda Sporion appellare, & inde spurium dictū vel à σπείρειν seminare quia nihil habet à patre nisi semen. Vnde spurios versus dicimus alterius, aut incerti auctoris. Aus. Quiq; notas spurijs versibus apposuit. Hier. Messag.

g ¶ *Sine patre*. Iure ciuili inspecto.

h ¶ *Sequitur*. Bene infert, cum enim sine matrimonio esse non potest scilicet dos, & vbi non est dos, actio dotis non est, vt C. de do. ante nup. l. fi. ibi, sicut enim &c.†

i ¶ *Exactioni* scilicet per actionem ex stipulatu, quę datur pro dote, ut infra de actio. §. fuerat. Sed nunquid per condictionem sine causa, vel ob causam, quasi ob causam datum fuerit, nec causa fuit secuta?

† Melior tex. j. §. proposito in l. 3. cū aluj, ibi relatio per glo. ff. de in doti.

Respon. Pla. quod sic: siue ignorans siue sciens dederit, ut ff. de condi. si ne causa. l. fi. Sed Io. dat talem conditionem ignoranter non scienter danti, ut C. de condi. ob causam l. j. & ff. de condi. ob cau. l. j. §. fi. & l. 2. nec immeritò, cum turpiter danti nulla sit repetitio. vt ff. de condi. ob tur. cau. l. si ob turpem. & hęc omnia locu habeat, qñ non fuit secutum matrimonium. Adde, quod opi. gl. hic, & in l. fi. communiter approbatur per doc. hic, & in d. l. fi. quòd si mater sciebat matrimonium illicitè contrahendum, non repetat. si ignorabat, secus, matrimonio non secuto: ita dicũt Ang. & Christo. hic, & Nouilli. in d. l. fin.]

SYL

a ¶ *Prohibitas* ; et aliquem de. xiiij. modis: licet Hyrne. has pęnas impo suerit tantum eis, qui incestas nuptias faciunt vel nefarias, non qui aliàs inutiles, vt in authẽti. de incest. nup. §. primo colla. 2.

b ¶ *Alias pœnas.* Vt est amissio bonorum, & incursus infamiæ, vt C. de incest. nup. l. qui contra, & l. si quis incesti. Hodie verò & confiscatio bonorum, & exilium, & cinguli, siue dignitatis depositio, & verberatio simul eis imponitur, vt in authenti. de incest. nupti. §. j. colla. 2.

ADDITIO. Adde secundum Ioan. Fab. quòd contrahentes incestas nuptias sunt infames: & ita approbantes & defendentes, vel patrocinium præstantes, vt iij. q. 4. c. consanguineorum, & ipso iure sunt excommunicati, ut in clem. j. de cõsan. & affi. Ang.

¶Qui autẽ prohibitas [a] nuptias contrahunt, & alias pœnas [b] patiũtur, quæ sacris constitutionibus continentur.

¶ In potestatẽ patris redigũtur, quæ per oblationẽ curiæ legitimãtur, vel per subsequens matrimoniũ. h. d.

¶Aliquando autẽ euenit, vt liberi, qui statim vt nati sũt, in ptãte parentum [c] nõ † fiant, posteà † aũt reviganturin potestatem patris: qualis est is, qui dũ naturalis [d] fuerat, posteà curiæ [e] datus, ptãti patris subiicitẽ. Nec

† aliàs fiunt aliàs sũt.

† aliàs vacat autem.

¶ Aliquando Diuiditur in duas partes, prout duos casus decidit. Secunda ibi (necnon.)

¶ Casus. Quæsitũ fuit an alio modo patria potestas, quam ex iustis, nuptiis acquireretur iure ciuili: & videbatur quòd nõ: ex regula generali affirmatiua posita supra in princip. titu. j. & ex negatiua posita ĩ §. præcedenti. ver. itaque. cuius contrarium deciditur in duobus casibus ex constitutionibus imperatoris, scilicet per oblationem curiæ, & per subsequens matrimonium: primum fauore curialium. §. si quis igitur. in authen. quibus modis natu. effi. sui. in fine, scđm fauore matrimonii & filiorũ. l. nuper. C. de na. lib. No. quòd ius ciuile alios modos inuenit reducendi filios in potestatem quàm ex iustis nuptiis. s. per oblationem curiæ, & per subsequens matrimonium: & ita naturales fiunt legitimi.

SYL

c ¶ *Parentum non fiant.* Hoc mirabile per duo probat exempla. Accursius.

d ¶ *Naturalis.* Scilicet tãtum. Accu.

e ¶ *Curiæ.* Cum enim vult aliquis naturalem filium tantum, qui in potestate patris nõ est, vt hic, & supra titulo primo in princip. facere in potestate, detur in seruitium Imperatoris, vel Præsidis prouinciæ. Nam in potestate efficitur loco meriti patris, & efficitur legitimus loco meriti filii, † vt hic, & in authentico

† aliàs quam et solam.

tico quibus mod. naturali.effici.sui §:si quis igitur.collatione.septima. * ¶ Dic quòd per curiam intellexit ordinem decurionum, vt manifestè ostendi hoç loco in Annota.]

*- ADDIT.

Curia non significat seruitium Imperatoris sed Senatum alicuius ciuitatis quæ ordinem habet decurionum tanquam senatus municipales, quã obrem dati curiæ sunt, qui in ordinem allecti decurionum in. patris transeunt potestatem, & iura alle quuntur legitimorum l. si quis.C. de natur.liber. Aemil. Ferret.

† Quod Ang. intelligit verũ finctè, non

SYL. verè: qd nota pro statutis ut ētex. in l. in. C. de na n.li. & quare succedãt vide hic per eũ.

nõ [a] is qui à muliere libera procreatur, cuius matrimonium minimè legibus interdictum [b] fuerat, sed ad † quam pater consuetudinẽ habuerat, posteà ex nostrà cõstitutione [c] dotalibus instrumentis [d] compositis, in potestate pr̃is efficitur. Quod & aliis liberis, qui ex eodem matrimonio posteà fuerint procreati, similiter nostra constitutio [e] præbuit.

a ¶ *Necnon.* Nunc ponitur aliud exemplum.

b ¶ *Interdictum.* Nam aliam vxorẽ non habuit tempore concubinatus: aliàs contra, vt C.de concu.l.j.

¶ Adde quòd ratio est, quia subsequente matrimonio fingitur illam semper fuisse vxorem: & maximè tempore partus per fictionem translatiuam, & si illo tempore, quo peperit, erat impedimentum tale, quòd cum ea matrimonium esset interdictum, non fit legitimatio, quia extremmum, ad quod fictio trahitur, non est habile.]

c ¶ *Constitutione.* ut C.de nat. libe. l. cum quis.

d ¶ *Instrumentis.* Sed nunquid sine instrumentis est matrimoniũ tale? Dicunt quidam quòd non, vt Pla. & Azo. quando decorati maximis dignitatibus faciunt matrimonium vt in auth. vt lic. mat. & auiæ. § quia vero legem dudum, collat. viij. melius autem, quibus modis natu. efic. legi. §. hæc ergo casta. collatio. vj. Sed dic, quòd matrimonium nudo consensu perficitur sine scriptura, ut in authenti. de nupti. §. nuptias. collat. 4. & ff. de reg. iur. l. nuptias. Sed filij primogeniti non sunt legitimi, si dotalia instrumenta non sunt facta, vt hic: & facit ad hoc C. de natu. libe. l. cum quis, & l. nuper & l. fin. & in authen. de hæred. ab intesta. uenien. §. j. collation. ix. & in authentico. de filijs ante docto. instrumen. natis. circa medi. collatione tertia, & in authenti. de incest. nup. §. fina. collatio. 2. & de trien. & semi. §. fina.

¶ Adde, quòd hoc hodie in vtroq; foro de iure canoni. corrigitur: secundum quod talia instrumenta nõ requirantur. c. tanta. qui filij sint legitimi & ibi communiter doctor. vt per Abba. in j. notab.] SYL.

e ¶ *Constitutio.* vt C. de natu. lib. nuper. Sed si non fecerit eam sibi vxorem, adhuc huiusmodi naturales, sunt alendi à patre. Item succedunt ex testamento in totum, si pater vult, legitimis non existentibus, vel parentibus iam defunctis: aliàs liberi in unam unciam tantum permittunt naturales succedere: superiores, quando ipsi tantum supsunt, non impediunt eos, nisi in sua legitima, quæ superioribus debetur, ab intestato verò duas habẽt vnicas paternæ substantiæ, cũ matre eorũ uiriliter diuidendas, quando nõ sunt ascendentes nec descendentes, alũt & ipsi patrẽ, & hoc in licitè natis,

Filii naturales, tantum, an succedant.

sed si illicitè nati sunt nō:immò om ni beneficio sunt exclusi, vt in au thē.quib.mod.nat.effi.sui.§.discre tis.vsq; in fi.constitu. colla. vij.

¶ De adoptionibus.

Adoptiui etiā sunt in potestate: q sui iuris, rescri pto pricipis arro gātur:alieni, ado ptantur imperio magistratus. h.d. ex l.j.& ij. ff. eo.

NOn solū aūt naturales [a] li beri, secundū ea quæ diximus, in potestate nostra sunt, verum ēt ij,

¶ De adoptionib. Dicturus Impe- rator d ijs q in ptāte parē tum sunt, po suit titulum particularē, d hoc:ad cu- ius declara- tionē fuit ne cessarius tra ctat⁹ d nup- tijs:sed qa ēt per adoptio- nem iure ciuili sunt ī potestate qui adoptantur, ideò sequitur tractatus de adoptionib. prout optimè ipse- met Impe. in princi. continuat.]

NOn solū Iste .titulus diuidit in nouē partes principaliter. Pri- mò ponit, ꝙ adoptiui sūt ī ptāte a- doptātis. Secūdò qualiter fiat ado- ptio & arrogatio. Tertiò primū di- ctū limitat & declarat. Quartò d im pubere qui se ad arrogādum dedit. Quintò ꝙ adoptās debet saltē ado- ptatum præcedere 18. an. Sextò qn̄ aliquis ut nepos vel pronepos ado ptatur. Septimò in quib. adoptatus æquiparat naturali. Octauò in qui- bus conueniunt, & in quibus non, adoptio, & arrogatio. Nono ꝙ serui adoptati à dominis sunt liberi. Secū da ibi (Adoptio.) Tertia ibi (Sed ho- die.) Quarta ibi (Cum autē.) Quin- ta ibi (Minorem.) Sexta ibi ‹ Licet autem.›, Septima ibi ‹ In plurimis.›, Octaua. ibi ‹ Illud.›, Nona ibi ‹ Apud

SYL. Catonem.›, Aretin.

¶ Casus. Nō figuratur, quia partiē do & declarādo terminos adoptiōis & arrogationis procedit. Not. filios adoptiuos ī potestate nostra eē. Itē ꝙ adoptio sumitur dupliciter: vt ge nus, & comprehēdit etiā arrogatio nem: vt species, & est illa, quæ fit eo rū qui in alterius erāt potestate, im perio magistratus. Itē ꝙ arrogatio est de reseruatis principi. Itē ꝙ diffi cilius liberi & sui iuris trāseūt in po testatē alterius, q̄ ij qui in alterius potestate erant: ex quo no. potes ꝙ in habentib. symbolū fa- cilios est trā situs.]

a ¶ *Naturales*. subaudi & legitimi. Quare distin gue: qa filio- rū alij sunt naturales & legitimi, vt ex legitimo matrimonio nati, ut hic, & supra de patri. pote. in prin. Alii naturales tantū, vt nati ex cōcu bina, vt supra tit. j. §. fi. Alii legitimi tantū, vt adoptiui. de quibus hic tit. loquitur. Alii nec naturales nec le- gitimi iuris presumptione, ut ince- stuosi, vel aliàs illicitè nati, vt in au then. quibus mod. natura. effi. sui. §. fi. col. 7. Alii sūt qui prius nō fuerūt legitimi, sed nūc sunt. i. efficiuntur duob. modis, vt ī authē. qui. mo. na. effi. sui. §. qd̄ verò. & supra. ti. j. ī fi.

SYL. ¶ Adde tu clarius septē esse species filiorū, qui diuersimodè à iure consi derant: prima est legittimorū & na turaliū, qui sunt nati ex vero vel pu tatiuo matrimonio supra ti. 2. ī prī. secunda species est naturaliū tantū, qui sūt nati ex vnica cōcubina ī do mo retēta, indubitato affectu cōiū- cta, si vterq; sit solut⁹, ut no. in rub. ff. d cōcub. dicti naturales, quia eos natura nō honestas genuit. c. liberi. 32. q. 4. tertia species dicuntur spu- rij, nati ex coitu nō approbato nec improbato à l. ut vulgo cōcepti & similes: quarta species est eorū, qui ex damnato coitu nascunt, vt adul- terini, īcestuosi, sacrilegi, & similes. §. fi. in authenti. quib. mod. nat. effi. sui. quinta species est legitimorū tā tū, de quibus hoc titu. sexta species est

quos adoptam*. a ¶ Adoptio b autem duobus modis fit: aut principali rescripto, c aut imperio magistratus. d ¶ Imperatoris, auctoritate adoptare quis potest eos easue, qui q̃ue sui iuris sunt, quæ spes adoptionis dicit̃ arroga-

est legitimatorum, de quibus. §. fi. supra tit. proxi. septima est spiritualiũ, quos ex sacro fonte. vel confirmatione leuauimus, de quibus in to. titu. de cog. spiri.]

a ¶ *Adoptamus*. s. in potestate nostra sunt: & hoc iure veteri, vt hic & ff. e. l. j. sed hodie distinguitur, vt infra eod. §. sed hodie.

b ¶ *Adoptio*. Est autem adoptio secundum Pla. & Io. legalis actio ad solatiũ eorum qui liberos non habẽt, penè, idest fere naturam imitans, sed certè & ab ijs, qui liberos habent, fit adoptio, vt ff. eo. l. nec ei. §. pterea. & infra eo. §. licet. quare põt sic simpliciter definiri. Adoptio est legitimus actus, per quẽ fit quis filius qui non est, penè. i. fere naturã imitãs: & est hæc veritas, vt ff. eod. l. j. & infra eod. §. minorem.

SVL. * ¶ Dic quòd reperitur adoptio in genere, quæ posteà diuiditur in adoptionem in specie, & arrogationem. Adoptio in genere sic rectè diffinitur: Est actus per quem, auctoritate iuris ciuilis, qui filius non est, instar naturæ filius efficitur. Adoptio verò in specie hoc modo. Est actus, per quem qui in alterius potestate est, imperio magistratus instar naturę alterius filius efficit̃, cõcurrente naturali vinculo, in ptãte: nõ cõcurrentę, habilis ad succedendũ. Arrogatio aũt est actus, per quẽ qui sui iuris est, principis auctoritate instar naturę filius efficitur & in ptãte.] Sed & hoc loco libuit apponere verba A. Gellij lib. 5. c. 19. noc. acti. Inquit ille. Cũ in alienã familiã inq; liberorũ loco extranei sumunt̃, aut p prætorẽ fit, aut p populũ, qđ p ptorẽ fit, adoptatio dicit̃: quod per populũ arrogatio. Adoptantur aũt, cũ à parẽte, in cuius ptãte sũt, tertia mãcipatione in iure cedunt̃, atq; ab eo, qui adoptat, apud eũ, apud quẽ. l. actio est, vindicantur. Arrogant̃ ij, qui, cũ sui iuris sunt, in alienam sese ptãtẽ tradũt, eiusq; rei ipsi auctores fiũt: sed arrogationes nõ temerè nec inexploratè committunt̃. Nã comitia, arbitris pontific. præbentur, quæ curiata appellãtur. Aetas quoq; eius, qui arrogare vult, an liberis potius gignundis idonea sit: bonaq; eius, qui arrogatur, ne insidiosè appetita sint, cõsideratur]: iusq; iurandũ à. Q. Mutio Pon. max. conceptũ dicit̃, qđ in arrogando iuraretur: sed arrogari non põt nisi iam vesticeps. Arrogatio aũt dicta, quia genus hoc. in alienã familiã trãsitus per populi rogationẽ fit: eius rogationis verba hęc sunt: Velitis iubeatis, vt L. Val. L. Titio tam iure legeq; filius sibi fiat, quã si ex eo. patre matreq; fami. natus esset, vtiq; ei vitæ necisq; in eũ ptãs fiet, vti pariendo filio est. hæc ita, vt dixi, ita vos Quirites rogo. Hęc ille, quæ in Annota. nostris latè exposuimus.

c ¶ *Rescripto*. Hoc est, vel ãte ipsum principẽ vel ante aliũ magistratũ de legatiõe facta p rescriptũ à pricipe. vt C. e. l. ij. in fi. & l. arrogat iões. Sed quid si Impator non est? Rñ. nõ põt fieri, licet imperium semper sit, vt in auth. qũo oportet epis. §. fi. coll. j. ¶ Hoc verum de iure ciuili, sed de iure canonico succedit vacante imperio Pont. vel iud. ecclesiasticus, secundum quod habetur in c. licet ex suscepto. de for. compet.

d ¶ *Magistratus*. Scilicet cuiuscunq; ordinarij, etiam defensoris ciuitatis qui minimus est, vt in auth. de defen. ciui. §. nulla. col. 3. Nec mirũ,

cum sit de voluntaria iurisdictione, vt ff.de offi.procon.& le.l.ij.

a¶ *Arrogatio.* quia adoptator interrogatur, an velit eum, quem adoptat, sibi iustum filium esse: & adoptatus, an id fieri patiaᵗ, vt ff.eod.l. 2. Vnde ver. Arrogo q suus est, sed habet meus esse necesse. Patris adopto suū, sed patris p manet idem.

SYL. ¶ Adde, quòd q̄uis hanc deriuationē alleget iuriscon.in l.ij.ff. eo. tamē verisimilior videtur illa, quā ponit Gel. vbi supra quia fiebat p populi rogationē.]

b¶ *Inferiorē.* idest sequentem.

in l.cum in adoptiuis. in princip.C. eod. Not. quòd extraneus adoptans filium, non habet eum in potestate. Item quòd per adoptionem ab extraneo factam, iura patris naturalis non dissoluuntur. Item quòd filius adoptiuus succedit patri extraneo ab intesta. Item quòd ascendentes adoptantes habent adoptiuos filios in potestate. Item quòd duo vincula magis ligāt. Item quòd adoptiuus dicitur de familia patris adoptantis. Item quòd in vna persona naturalia & ciuilia iura concurrere pñt.]

tio.[a] ¶ Imperio magistratus adoptatus eos easue, q quæue in ptāte parentū sunt: siue primū gradū liberorū obtinēt, qualis est filius & filia: siue inferiorē,[b] q!is est nepos, neptis, pnepos, pneptis. ¶ Per adoptionē nō trāsitqs in ptātē nisi ascēdentiū quāuis patri adoptiuo ex neo succedat.h.d.ex l.cū in adopt.C.đ adop.

¶ Sed hodie ex nostra cōstitutione[c] cū filius familias à patre naturali[d] extraneæ† psonæ in adoptionem daᵗ, iura patris naturalis minimè dissoluuntur: nec quicquam ad patrem adoptiuum transit, nec in potestate eius est, licet ab intestato iura successionis ei à nobis tributa[e] sint. Si verò pater natura-

† *Extraneū hic accipe, omnem qui non sit ascendens.*

SYL. ¶ Sed hodie. Diniditur in duas partes. In prima ponit regulam prohibitiuam: in secunda dispensationem in ascendentibus. secunda ibi, (si verò.)

¶ Casus. Quærebatur, an perpetuò verum esset, quòd in adoptantis potestatem transierit filius adoptatus: dubitationem faciebant verba generalia Imp. in princi.ti.nostri, & omne ius antiquum: cuius contrariū respon. ex correctione Iustinia. scilicet vt nisi adoptetur ab aliquo ex ascendentibus patris vel matris, nō transeat in potestatem: ratio fuit, quia eueniebat vt adoptatus aliquādo & patris naturalis & adoptiui successionem perderet: prout rationem suę dispositionis latè explicat

c¶ *Constitutione.* vt C.de adoptio. cum in adoptiuis.

d¶ *Naturali.* & legitimo.

e¶ *Tributa.* s.in prædicta constitutione(j): & facit ad hunc.§.infra de hær.quæ ab intest.§.sed ea omnia, & infra de exhæ.li.§.circa adoptiuos, & infra de inoffi.testa.§.ij.

ADDITIO.(j) Etiam concurrentibus legitimis & naturalibus, quāuis inter se nihil habeant parentelæ: qđ not. secundum Ang. & ideò nō transit in potestatem, quia per emancipationem priuaretur hæreditate vtriusque secundum communem opinionem, vt l.cum in adoptiuis. C.eod. sed cum hodie nemo emancipetur inuitus. §. generaliter. in authen.quib.mod.natu.effic.sui. videtur

detur iste.§.esse correctus, de quo vide Ias.hic.

a¶ *Pater naturalis.* & legitimus.

b¶. *Materno.* in cuius potestate prius non erat, sed modo efficitur, vt subiicitur, vt supra de patria potestat. in fin. Accur.

c¶ *Emancipatus*. Aliàs cũ esset in potestate aui, quomodo adoptaret eum quem habet? Certè nõ potest plus esse quàm filius vel nepos, vt hic, & ff.eo.si pater.§. qui duos. & intellige emãcipationis tempore filium non esse conceptum, qui nunc datur in adoptionem: aliàs in potestate aui remansisset, vt infra titu.j.§.fi.

d¶ *Simili modo.* i.similem facias distinctionẽ:nã materno proauo, indistinctè: paterno vero, ẜm ꝙ modo distinxit in auo, datur in adoptionem.

e¶ Concurrunt. Sed si ego adoptẽ filiũ fratris mei, nunquid ptati meæ subijcit, rñ. ẜm Ioan. ꝙ nõ. & qđ hic dicit, naturalia, expone.i.natiualia, qa ab eo auo cõtrahit natiuitatẽ & originẽ: quod nõ est in filio fratris mei.

f¶ Iura. Vnde præferendus est ei, in quẽ vnũ tm̃ concurrit: & sic duę rõnes ꝑualent vni, vt in auth.de cõsan. & vter.fra.§.j.coll a.6.& C.de edil. di.adr.tol.l.fi.nisi vna sit melior duabus, vt colligitur ff. de inoffic. testamen.nam & si. & ff.vnde liberi.l. scripto.

¶ Adde., quòd doct. qui not. hoc, quòd duæ rationes vincunt vnam, intelligunt vnam ex illis duabus: vt si in vna persona, vna ex illis con- currat, in alia duæ, illa præfer[...] ita colligitur ex.ll. allegatis, & i[...] intelliges quo casu non est ad propositum limitatio glo.]

lis[a] nõ extraneo, ʒ auo filij sui materno,[b] vel si ipse pater naturalis fuerit emancipatus,[c] etiã auo paterno, vel proauo simili modo[d] paterno vel materno filiũ suum dederit in adoptionem: in hoc casu, quia concurrunt[e] in vnam personam, & naturalia, & adoptionis iura,[f] manet stabile ius patris adoptiui, & naturali vinculo copulatum, & legitimo adoptionis modo † constrictum: vt & in familia, & in potestate huiusmodi patris adoptiui sit.

† *ali. constitum.*

¶Cum autem.¶ Diuiditur in quinque partes. Primò quòd arrogatio fiat causa cognita. Secundò ꝙ sit iusta causa. Tertiò ponit modũ, sub quo fiat. Quartò ꝙ nõ potest arrogator ipsum emancipare sine causa. Quintò quòd quartam partem bonorũ suorum eidẽ, siue in vltima voluntate, siue inter viuos relinquat. Secunda ibi(. Et exquiritur ., Tertia ibi' Et cum., Quarta ibi' Itẽ non aliter. 'Quinta ibi, Sed & si., Areti.

¶Cum autem impubes. *Diuisi*

*¶Casus. Quæsitum fuit, an pupillus posset dare se ad arrogandum: & videbatur quòd non, quia in arrogatione in primis exploranda est mens illorum, qui arrogantur.l.In adoptionibus.ff.eod. pupillum autem nullam habere mentem, traditum est l.pupillus.ff.de regu.iur. Econuerso autem videbatur, quòd talis arrogatio permitti deberet absque alijs adminiculis, ex quo celebratur auctoritate principis, quæ omnẽ suspitionem summouere videbatur, & quia nihil addi posse videbaẽ principali confirmationi. Sed, supradictis non obstantibus, deciditur, impuberem arrogari posse, dummodo id fiat causa cognita, caueatq; arrogator se bona arrogati, si impubes decesserit, illis restituturu[m]

...um, ad quos peruentura erant, arrogatione non facta. Exigitur autē causę cognitio ea ratione, quia nisi adhiberetur, facile eueniret vt non haberetur ea rō honestatis, quæ in patribus & filijs requirit. Adhibet aūt & satisdatio, vt ſ occurrat illis, qui forte inhiantes patrimonio pupilli, illum ideò arrogare excogitassent, & ex his rōnibus temperātur quę pro rationibus dubitandi supra allegabant. Successiuè quæsitū est, an arrogator possit, quotiescunque velit, arrogatum emancipare. & videbatur quòd sic. §. prætereà. infra tit. j. cuius contrarium deciditur illa rōne, quia cum in constituenda arrogatione leges voluerint causæ cognitionem adhiberi, similiter voluerunt ſeam solui non posse absque eiusdem causæ cognitione l. nihil tam naturale. ff. de reg. iur.] & quia cum talis emancipatio incommodum afferat emancipato, quia iura omnia soluuntur, ideò eo inuito sine causa fieri non debet, & facienti pœna imponitur, vt sequitur. No. quòd arrogatio impuberis requirit causę cognitionē, vtrū vtilis, vel honesta sit filio arrogato. Item no. ex ordine literæ quòd prius attendenda est honestas quàm vtilitas. Item not. cautionem requiri de restituendis bonis illis, qui ei successissent, si arrogatus non fuisset. Item quòd tabellio dicitur persona publica, & quòd per eum nobis quęritur. Item quòd arrogatus non potest emancipari non cognita causa. Item quòd arrogatus q.c quid quærit, quærit patri arroganti. Item quòd dictio, præter includit.]

d ¶ *In locum patris*. Apparet ꝙ eo mortuo tm̃ prosunt: eo aũt viuo nõ prosunt, vt hic, cum dicit, In locum patris &c.& l.2.§.non solum.ff. eo. & C.de iis qui numero li.l.3.li.10. Sed nunquid oẽs loco unius cõputãtur? Respõdent quidã, ꝙ nõ. Sed contradicũt leges exp̃ssè: nã loco vnius numerant quotcunq; sunt, vt in græca leg.ff.e.l.2.§.quotcunq;, nã ẽt in successione loco vnius cõputantur, ut j̃.de hær.quæ ab intesta.§.cum filius ar.ff.de contratabu.l.j.§.j.

ADDITIO. Hoc est mirabile, cum auus habeat curã & onus alẽdi eos: sed ratio est, qa prosunt patri suo, & nõ debẽt prodesse duobus. Et facit, ꝙ si canonicus habeat duas ꝑbẽdas in eadẽ ecclesia, fortè ex dispẽsatione, quòd non habeat nisi vocem vnius. Ioan.Fab.

e ¶ *Non prosunt*. Quia non sunt in potestate sua vt s̃.de pa.po.§.fi.hæc ratio nõ est bona, ut supra eo.ĩ principi.dicit.n.de emãcipato: unde dicas, non prosunt auo materno, quia alij prosunt, vt C.qui num.libe.l.fina.

f ¶ *Superstites*.i.uiui.

g ¶ Defun-

a ¶ *Defuncti*. Idem & in non natis licet cõceptis: quia quo ad hunc casum non sunt pro iam natis, ut ff. oñ. l. 2. §. qui autem in uentre.

b ¶ *In acie.* s. principis, ut supra de adoptio. §. fęminę.

c ¶ Per gloriam uiuere. Not. mortuũ viuere ꝑ gloriam, vt ff. ad l. Aquil. qua actione. §. si quis in collu ctatione. †Et contra quis fingitur mortuus, qui viuit per vituperiũ, ut de portati, vt ff. de cõtratab. l. j. §. j. & §. pe. in fi. & ff. de donat. inter uir. & vxo. l. cum hic §. si donator. (aliàs. §. si seruus.) vbi seruus uiuit, & tamẽ pro mortuo reputatur quod ad ius ciuile, ut ff. de reg. iur. quod attinet. & l. seruitutẽ. * ADDI. Similiter Cic. philip. 13. illi igitur impij quos cecidistis, etiã ad inferos pœnas parricidii luent. Vos verò qui extremum spiritum in uictoria effudistis, piorum estis sedem & locum consecuti.

† *Idem ĩ eo qui ingressus est religionem ẽt beati Francisci secũdũ oẽs hic arg. l. miles. & ibi gl. ff. de re iud..*

excusationem ꝓsunt: defuncti autẽ non prosunt. Sed si in bello amissi sunt, q̃situ est an prosint. Et cũstat eos solos ꝓdesse qui ĩ acie[b] amittunt, Ii. n. qui ꝓ republica ceciderũt, in ꝑpetuũ per[c] gloriã uiuere intelliguntur.

¶ Administrans, res fisci excusatur à tutela durãte administratione. h. d. ex l. administrãtes ff. eo.

¶ Itẽ diuus Marcus ĩ Semestrib.[d] rescripsit; eũ, qui res fisci administrat à tutela vel cura, quandiu administrat,[e] excusari posse.

¶ Absẽs cã reipubl. à tutela vel cura noua ĩ totũ excusat: ab antiqua autẽ, durante absẽtia. h. d. ex l. nõ solum ff. eo. Are.

procurator fisci durãte eius officio excusat à tutela. Itẽ ꝙ cessante causa impedimẽti cessat immunitas. Itẽ ꝙ utilitas publica auctoritate, & vtilitate, præfertur publicæ auctoritate, sed non utilitate.]

d ¶ *In semestribus.* i. in sex mẽsibus, quib. dabant operam studio. Nã alter nis sex men sibus dabant operam Imperatoribus bello, & studio, vt ff. de ori. iur. l. ij. §. ex iis in prin. vl timæ charte. uel dic, ꝙ nomẽ erat libri illis sex men sibus cõposi ti, quod in idẽ recidit.

Semestres quod.

SYL.

¶ Tu dic, ꝙ sicut annales dicebãtur ex eo, ꝙ anni uni⁹res gestas cõtinerẽt, ita semestres libri,* in quib. sex mensium rescripta constitutionesq; descriptæ erãt. Hos D. Marcus scripsit, ut hic, & in l. pactũ. ff. de pact.]

e ¶ *Administrat.* Qui dicitur procurator fisci. & facit ad hunc. §. supra de cura, §. item loco.

ADDITIO. Idẽ si administrat res aliorum principum. Io. Fab.

SYL.

¶ Item diuus. Casus. Sic figuratur. Quęsitum fuerat an administrãs res fisci excusaretur à tutela: & videbatẽ quòd non, quia cũ tutela ẽt ipsa sit munus publicum, ut s̃. ostensum est, non uidebatur impediri ex alio munere publico. Sed contrarium dicit ex eo, * quia fieri non posset, quin dum rebus pupilli vel adulti operã daremus, fiscus in multis læderetur. & econuerso: quæ ratio traditur à Theophilo in Instit. Græcis.] No. ꝙ

* ¶ Itẽ qui Casus positio clara est, & ratio ipsius est, quia si quis & pupillaribus, & publicis rebus, vellet vacare, necessariò aut pupilli aut rei pu. res negligẽtius curarentvr dictũ est ĩ ꝑced. §. vel dic (ut aliàs dicebã) ꝙ tutela respicit vtilitatẽ publicam secundario, in exemplo aũt huius & præce. §. vertit vtilitas publica principaliter. & ideò tutelæ ꝑpõderat.] No. ꝙ absentia causa reipub. ꝓstat excu-

excusatione à munere de nouo dela to: secus ab antiquo. Item quòd durante absentia datur curator.

a ¶ *Absunt.* vel absfuturi sunt, vt ff. de procu. l. filiusfami. §. fi.

ADDIT. Quia paria, sunt esse, vel de proximo sperari. l. pe. ff. de testa. mil. Are.

Milites à bello missis, quot annos excusationis habent.

b ¶ *Excusantur.* Hoc primum respon sum loquit, qñ eo existente in absentia reipublicæ causa, datus fuit tutor vel curator: quo casu perpetuò excusatur, si p viginti annos militaue rit: vel compleuerit militiæ spatium, & non ignominiosè missus est. Aliàs qui ī. quinqueniū missus est: puta quia infirmus, nullam habet excusatione: qui post quinq; annos, habet annū, qui post octo annos, habet biènium: qui post duodecim, habet trienniū: qui post sexdecim, habet quadriennium: qui post viginti, excusationem perpetuā habet, vt dictum est, & ff. eo. sed & milites. §. j. 2. 3. 4. & 5. & §. quandoque vsq; ad §. qui autem post.

c ¶ *Excusantur.* Si hoc postulauerint prius, & etiam alium actorem, vel curatorem petierint, aliàs nō, vt C. si tu. reipub. cau. l. j. & ff. de admini. tut. tutores. § qui se.

¶ Et qui potestatem. *Casus* Non figuratur. & ratio clara est fundata in

Item qui reipublicæ cā absunt,[a] à tutela vel cura excusantur.[b] Sed & si fuerint tutores vel curatores dati, deinde reipublicæ causa abesse cœperint, à tutela vel cura excusantur,[c] quatenus reipublicæ causa absunt, & interea curator loco eorum datur, qui si reuersi fuerint, recipiūt onus tutelæ. Nam nec anni habent vacationē, vt Papinianus libro quinto Responsorū scripsit: nam in hoc spatiū, habent ad nouas tutelas vocati.

¶ Habens publicam potestatem, à tutela habet excusationem, sed non à iam susceptam. hoc dicit ex lege non tantum §. sanè. ff. eod.

¶ Et qui ptātem[d] aliquā habent, se excusare possunt, ut diuꝰ Marcus rescripsit: sed[e] susceptam tutelam deserere nō posſūt.

administratione principaliter publica. No. summariū. Itē ꝙ multa ipediuntur facienda, quæ facta tenēt.]

d ¶ Et qui potestatem. Vt quia sit Præfectus uigilium, vel annonæ, vt ff. eo. l. administrātes, † & similes qui potestates vocantur, ut C. de mo. mult. l. eos, secus si sit circa latus prīcipis; cœptā. n. non complebit, vt ff. eo. l. iurisperitos.

† *Melius facit l. athletæ §. gentium. ff. eo.*

¶ Dic potestatem, id est publicū magistratum lege potestatis. ff. de verbo. significa. * Sed in l. eos. proconsularis potestas interpretanda est imperium & auctoritas Proconsulis.]

e ¶ *Sed susceptā*, vt supra proximo. §. * ¶ Item propter. *Casus* Est clarus. Ratio dubitandi poterat esse periculum subtractionis instrumentorum pupilli cæteraque alia, quæ referuntur ab Impera. in authen. vt ij qui obli. perhi. se ha. res mi. in princi. ex quibus videbatur, quòd tutor vel curator non solum excusandi essent, sed remouendi: cuius contrarium deciditur, nisi de omnibus bonis, vel hæreditate controuersia existat, quia tunc quasi de capite agitur, capitalesque excitantur inimicitiæ: at in cæteris litibus aliud placuit, quia neminem tam impium fore creditum est, vt cum tanta

¶ Propter litem quam quis habet cum pupillo, nō excusatur à tutela, nisi sit omniū, vel maioris partis bonorum. h. d. ex l. propter. ff. eod.

¶ Item propter litem, quam cum pupillo, vel adulto tutor vel curator habet, excusari non potest: nisi forte [a] de omnibus bonis, vel hæreditate [b] controuersia sit.

¶ Tres diuersæ tutelæ non affectatæ, donec durant, præstant excusationem hoc dicit, ex l. tria. ff. eodem.

¶ Item [c] tria onera tutelæ non affectatæ, vel curæ, præstant vacationem, quandiu administrantur, vt tamē plurium pupillorum tutela vel cura eorundem, bonorum, veluti fratrum, pro una cōputetur.

ta existimationis iactura, fraudulenter in rebus eorum, qui suæ fidei essent commissi, versaretur: proinde cum vsus postea docuisset, ob lites quoque leuiores non raro pupillos adultosq; sui facultatibus, spoliari à tutoribus & curatorib. nouissimè hæc regula, per suprad ictum auth. correcta est.] No. quòd potest esse lis inter pupillum & tutorem durante tutela. Itē ꝙ ex maxima lite ēt ciuili finitur tutela: Item quòd. q. hæreditatis pupilli maxima est, & æquiparatur. q. de omnibus bonis, cum verisimiliter nihil habere possit proprium, qui acquisiuit patri illucusq; quicquid quæsiuit.]

a ¶ *Nisi fortè.* immo & sine: fortè. vel etiam si de maiori parte bonorum pupilli sit controuersia, vt ff. eodem. lege propter litem. primo respon. & facit C. eodem l. si ut allegas, & supra de auctorita. tuto. §. final. & C. qui da. tuto. poss. lege creditorem, sed hodie non potest creditor vel debitor esse tutor, ut in authenti. ut ij qui obli. per. §. j. col. 6

* ADDITIO. Idem dicas si erit quæstio status vt l. athletę. §. āplius: ff. eod. similiter idem est si à patre pupilli tutori fuit q̄stio status mota vt infra eodem. §. item is qui. Hieron. Messag.

b ¶ *Hæreditate.* scilicet ipsi pupillo à patre delata, vel à quocunq;, non curo: propter magnitudinem enim litis ponit de hęreditate.

* ¶ Item tria. Casus. Apertus est, & ratio ipsius est difficultas rationum conficiendarum. l. si is qui. §. fin. ff. eod. & ne multitudine negociorū tutore onerato, res pupillares, malè administrentur. quę ratio cessat in tutela cōplurium fratrum, qui idē habeat patrimonium, quia vt ibidem dicitur, non numerus personarum, sed diuersitas patrimonii, diuersęque rationes conscribendæ expendi debent Affectatæ autem tutelæ vel curæ ea ratione non prosunt, quia qui sponte & uolens oneri se subiecit, non est illi succurrendū. l. 2. §. si q̄s tū. & §. fi. ff. si quis cau. & c. damnum. de reg. iuris, in vj. No. quod affectatum onus non excusat. Item quòd tutor plurium pupillorum fratrum, dicitur tutor vnius tutelę tantum.] SYL.

c ¶ *Item tria onera.* Nota, dicit onera: quatuor enim posset habere tutelas, quæ sibi excusationē non darēt, si sint leues vel leuissimæ, vt hic. † Item nota quod dicit tria onera tres enim posset habere, & tamen pro una computantur, puta fratrū, vt sequitur. Non enim numerus pupillorum

† *Item si altera ipsarum vel etiā quarta*

¶ Paupertas, & infirmitas, propter quam quis non potest proprijs, negociis superesse, excusant, hoc dicit. ex lege paupertas, & l. non solum in fi. ff. eodem.

¶ Sed & propter paupertatem excusationē tribui, tam diui Fratres quā per se diuus. Marcus rescripsit, si quis imparem [a] se oneri iniūcto possit docere. [b] ¶ Item propter aduersam [c] valetudinē, propter quam ne suis quidem negocijs interesse pōt, excusatio locū habet.

superueniēs fit breui tēpore finienda, puta infra semestre l. nō tantum, in prin. ff. eo.

pillorum plures tutelas facit, sed patrimoniorum separatio, ut ff. eo. tria & l. si is. Itē quod dicit non affectante: nota, nam si dedisset operā, & sic affectasset eas habere nō prodessent quia nō viderētur onerosę, vt & aliàs qui dat operā reipublicę cā abest, ut ff. ex quibus cau. maio. l. & qui data. & facit. ff. si quis cau. l. secunda. §. similiter. & ff. ad leg. Corne. de fal. l. vxori. §. j. iuxta illud: Hoc portat leuiter, quod portat quisque libenter. Item hæc tria onera ī domo vna esse sufficit: vt si pater vel filius gerat, oēs excusentur: sed non computentur, si ob talium tutorem teneātur, vt ff. eo. lege diximus. §. fi. & lege seq. & ff. de ritu nup. si quis tutor. Item honorarius hoc noīe nō cōputatur vt ff. eo. l. spadonem. §. si ciuitatis.

*¶ Honorarius tutor est, qui honoris tantum gratia datur, nō vt administret l. 3. §. si parens ff. eo.]

ADDI. Item duæ excusationes imperfectæ diuersi generis, puta duę tutelæ cum duobus filiis, nō faciunt vnam plenam l. excusatur. §. amplius. ff. eod. Ang.

*¶ Sed & propter. Casus. Clarus est, & in utroq; casu ratio exprimitur in tex. Noluerunt enim ll. quempiā obligari ad impossibilia, & præterquam quòd satis inhumanum esset, vt qui suo labore victum sibi querere necesse habet, aliena negocia suis posthabitis agere cogeretur, tum ēt damnosum esset pupillo hunc habere, quia uel segniter res eius gere-

SYL.

ret prę inopia, vel nō ex fide. l. pe. ff. eo. q rationes militant ēt in casu [ad] uersæ ualetudinis. Quid. n. tam impiū excogitari posset, q si is qui ne suis quidem negotijs superesse pōt, aliena curare, cōpelleretur, cum summo etiam pupillorum damno:] No. q pauptas non præsumitur, sed debet pbari. Item q præstat excusationem, à munere publico. Item quòd nō omnis mala valetudo præstat excusationem, sed ea, propter quam suis rebus superesse non potest.

a ¶ *Imparem.* i. si non habeat tantū in bonis, quantum & pupillus, cui datur tutor, vt hic, & ff. eo. l. pauper tas. aliàs autem dici tur pauper, qui non habet quinquaginta aureos in bonis, vt ff. de accu. nonnulli. Vel dic verius eum esse hic pauperem & imparem oneri, qui sic laboribus est implicatus propter paupertatē, vt tutelæ superesse non possit, cum forte in agro eum totadie esse oporteat. Nec enim placet prima expositio, cū hoc munus magis obsequio personæ, quā in aliqua erogatione consistat: vnde paupertas talis non nocet, dummodo possit superesse tutelæ, vt ff. de mu. & hono. cura. §. inopes, & infra titu. j. §. fi.

Paupertas aliquando, non excusat à tutela.

¶ Adde cōiter teneri, paupertatē distingui arbitrio iudicis, attenta qualitate personarum, & patrimoniorū vt per doct. in l. si constante, in j. q. Bar. ff. sol. matrimo.]

SYL.

b ¶ *Docere.* i. probare.

c ¶ *Aduersam ualetudinem.* Vt si est surdus

surdus, vel mutus, vel perpetua valetudine detentus, vt C. q. mor. l. j. q. morbus, put durauerit, excusat: sed furor nõ excusat, sed interi curator datur, fm Ioan. vt ff. eo. l. non solum, §. fina. & sequẽ. duabus ll. vsq; ad §. sunt & alii. Sed quidam ex supradictis, etiam si velint, nõ admittuntur; vt surdus, & mutus, ut ff. de tut. l. j. §. penul. & §. fin. Quare dic, quantum ad eos impropriè ponitur excusatio, vt infra eo. §. minores.

¶ Qui literas nẽscit, a tutela excusat, tamet si aptus sit negociis gerẽdis h. d. ex l. athletæ. §. fi. ff. eo.

¶ Similiter eos, q literas nesciũt ẽẽ excusandos diuus Pius rescripsit quamuis & imperiti literarũ possit ad administrationem negotiorum sufficere.

¶ Datur tutor in testamẽto pp inimicitias, excusationẽ habet: qui uerò promisit ad ministrationem, excusationẽ perdit. h. d. ex l. athletæ. §. dat. & l. spadonem. §. j. ff. eo. Are.

tæ. §. pe. & fin. Et not. literatum ad aliqua admitti, ad quæ nõ recipitur illiteratus, † vt C. de postu. l. 2. & in authen. d e iu. §. j. coll. 6. Et no. meliores conditionis esse sapientem, quam stultũ. * ADDIT. Literas nescire dicuntur, qui sunt imperiti rerum, alioqui excusatio eius qui se negat literas, scire, accipi non debet, si modo expers non sit negociorum l. athletæ. in fi ne. ff. eodem. Hinc illud, est Cæsaris dictatoris, Syllam nescisse literas: loco sumpto ex ambiguo, quod dictata deut magistri literarum, & dictatores rempubli. administrent Aemyl. Fer.

† Sic in l. e cano. i. illiteratus nõ põt obtinere beneficiũ, vt ca. cũ nostris. extra de concess. præben. vbi per Inno.

SYL. * ¶ Similiter. Casus Dubitatũ fuit, an qui literas nesciunt, tutores uel curatores dari possent. & uidebatur q sic, si apti essẽt ad gerẽda negocia l. athletæ. in fi. ff. eo. cuius contrariũ deciditur, quia cũ tutor facere inuẽtariũ teneatur, & rationes scribere, qui autem literas nescit. i. qui nec legere, nec scribere nouit, (ita. n. hic accipiendnm est) hæc non nisi per aliũ facere possit. ex qua re, tam ipse tutor, quã pupillus, facile possent damnificari, meritò cõstitutum est, vt potius excuset. Et hic est nerus sensus huius. §. quẽ apertius explicaui hoc loco in Commenta. & conciliaui cum lege athletæ. ff. eod.] No. ignorantiam literarum excusare à munere publico. Item quòd quamuis sit quis diligens ad administrandũ negocia, si nescit literas, reputatur insufficiens muneribus publicis.]

Literarũ ignorãtia an excuset à tutela. a. ¶ Literas nesciũt. & simplices sunt vel rudes: aliud si sunt sagaces in negociis, tunc enim nõ excusantur, vt subiicit, quãuis & c. vt ff. eo. l. athle-

* ¶ Itẽ si propter inimicitias. Casus In primo dicto dubium faciebat, quòd cum quispiam datur tutor testamẽto post inimicitias cõtractas, uidetur quodammodo remitti odiũ & ideo non videretur, q deberet excusari l. athletæ. §. dat. ff. eod. cuius cõtrarium respondetur. Nec obstat supradicta psumptio, quia iste text. loquitur, quando ex aliquibus coniecturis apparet datum fuisse tutorem ob inimicitias, vt. s. debitis & negociis implicaretur, unde cessat præsumptio reconciliationis, vna enim præsumptio tollit aliam. l. non est ff. quod met. cau. Ratio aũt decidẽdi habetur in l. j. C. si prop. inimi. lib. 10. Secundi aũt dicti ratio est, quia promittens se administraturũ, videtur iuri se excusandi renũtiare l. spadonem. §. j. ff. eo.] Notabilia clara sunt ex lectu. tex.]

a. ¶ Ini-

¶ Item si propter inimicitias [a] aliquẽ testamẽto tutorem pater dederit, hoc ipsũ præstat ei excusationẽ: sicut per contrarium nõ excusantur, qui se tutelam administraturos patri pupillorum † promiserant. [b]

† *Aliàs promiserunt.*

¶ Ex eo, q quis nõ cognoscit patrem pupilli, non excusatur à tutela. h.d. ex l. spadonem. §. fina. ff. eo. Areti.

¶ Non esse autẽ admittendam excusationem eius, q hoc solo vtitur, q ignotus [c] patri pupillorũ sit, D. Fratres rescripsere.

¶ Inimicitiæ capitales, si reconciliatio non sit secuta, præstant vacationẽ à tutela. h.d. ex l. athletæ. §. dat. ff. eo.

Inimicitia tribus casibus excusat à tutela.

a ¶ *Inimicitias.* Vt quia ideo eum dedit tutorem, vt debitis supponatur, & à pupillo vexetur. Et not. quòd tribus casibus excusat inimicitia: vt si ideo dedit: vt dictũ est, vt hic. Itẽ & quando interuenit post testamẽtum. Item (secundum quosdam) etiam quando ante testamẽtum, si tamen fuit capitale certamen. In quarto casu non: vt si ante testamentũ iacta fuit, & non capitalis, quia videtur remisisse, ex quo in testamento dedit tutorẽ, vt ff. eo. l. athletæ. §. dat remissionem. prout est ibi in litera Prius. vt & infra eodem. §. inimicitiæ.

SYL. *¶ Errat Accur. nam vers. Nisi positus in d. §. dat. intelligẽdus est in capitalibus, prout loquitur regula, vt sit bona exceptio: pro cuius. §. vera. & plena interpretatiõe vide hic nostro Commen.]

b ¶ *Promiserant.* licent aliàs habeant excusationẽ, vt hic, & ff. de test. tut. ex sententia. in fi. & hoc vbi promisit, vel sic se iactauit.

SYL. *¶ Intelligendus est tex. in promissione secundum quòd loquitur etiã §. j. ĩ l. spadonem. vnde sumptus est: iactationes.n. à legibus non considerantur. l. fin. & ibi doc. ff. de testa.] Quid autem si in testamento se tutorem scripsit? Respon. non erit tutor, nisi vel euidenter idoneus appareat, vel pater eũ cõfirmauerit, vt in d. l. ex sententia, & tũc de cætero erit tutor. ff. ad leg. Cornel de fal. l. vxori. §. j. Accur.

¶ Non esse. Casus Facile poni põt in tam aperta regula: SYL. *cui dubitandi ratio potuit esse, q traditur in l. illud. & l. fin. ff. eo. si extranei & alteri prouinciæ homines tutores eligãtur, cõpetere ius se excusandi: si quidẽ per absurdum videbatur dari quempiã tutorem ab illo, quem nunquam cognouisset: attamẽ deciditur contrariũ: & ratio est, q quãuis ignotus quis sit ex visu, põt esse cognitus aliter, veluti ex testimonio bonorũ uirorũ de illius morũ honestate, & vitæ pbitate.] amare.n. possumus inuisa: & ita intelligitur tex. incognita aliquo mõ nequaquàm. No. ignotum tutorem dari posse.]

c ¶ *Ignotus.* sed is excusatur, qui ibi domicilium nõ habet, vbi datus est, ut ff. eo. l. fi. in fine.

¶ Inimicitiæ. Casus Facilis est, & ratio manifesta: non.n. præsumunt iura tuendos esse pupillos ab inimico paterno: inimcitiæ.n. præsumuntur durare cum filijs ex identitate volũtatis & sanguinis. No. nõ omnes inimicitias excusare, sed capitales tantum. Itẽ q ille, q passus est quęstionẽ status cẽsetur inimicus, & excusatur. Itẽ q ille, qui fuit inimicus patris censetur etiam inimicus filij licet pater decesserit.] SYL.

Inimici tiæ dicũtur capitales dupliciter. a ¶ *Si capitales*. Capitales accipe, vt quia accusabat eum de aliquo crimine, quod ingerebat pœnam capitis. i. status: vel quod ingerebat pœnam sanguinis: vel quia insidiabatur morti ipsius: secũdum Azo. Et no. hic fieri aliquid ratione inimicitiæ, quod nõ fieret aliàs: sic. ff. de arbi. non distinguem. §. cũ quidam. & l. licet autem. ff. de lib. cau. si pariter. Nã inimicus iudex esse non potest, vt ff. de procur. l. filiusfamil. §. fi. & l. vel exilio.

ADDI. ¶ Quę aũt dicantur inimicitiæ capitales, declarat Bar. in l. iij. §. fina. ff. de adimẽ. leg. quod & ego latius hic in Commen. pertractaui.]

b ¶ *A tutela*. vel datiua, vel legitima: si autem testamentaria, dic, vt supra in glo. Vt quia &c.

* ADDI. Not. ꝙ ille qui fuit inimicus patris præsumitur inimicus filij et patre mortuo, & ad quemlibet de genere extẽditur. l. j. C. si quacun. ꝑdi. pôt. & vsq; ad quartũ gradũ. l. lex Cornel. ff. de iniur. & vlterius vt C. ad tertul. l. si fœmina. Hier. Messi.

ADDI. * ¶ Item is. Casus Facile figuratur. Ratio huius regulæ pẽdet à superioribus dictis: nam cum ex controuersia status oriãtur inimicitię capitales, vt dicit gl. in §. præcedente, sup ver. capitales. sequitur ꝙ est iusta cã excusationis. §. inimicitiæ. supra eodẽ. Maxima. n. ignominia afficitur is qui super statu inquietatur, necnõ eius cõiũcti. l. j. & ij. ff. de libe. cau. No. summarium.]

c ¶ *A pupillorum patre*. vt quia pater pupillorum quãdoq; dixit hunc, quẽ dat modo tutorem, suum seruũ fuisse, vel libertũ. Iste. n. sunt quæstiones de statu, vt infra de actio. §. præiudiciales. Et ẽ ratio, q. amoris accusatio ni hæc quæstio similatur, vt ff. qđ metus cau. isti quidẽ. §. j. Idem est ecõtra, si hic mouit quęstionẽ status ipsis pupillis, vt ff. eo. athletæ. §. amplius. †

¶ Inimicitiæ, q̃s quis cũ patre pupillorũ vel adultorum exercuit, si[a] capitales fuerunt, nec rẽconciliatio interuenit, à[b] tutela vel cura solent excusare. ¶ Qui passus fuit cõtrouersiam status à patre pupilli, habet vacationem. Are. ¶ Item is, qui status controuersiam a pupillorum[c] patre passus est, excusatur a tutela. ¶ Maior septuaginta an. a tutela se excusat: minor xxv. & miles, nec volentes admittuntur. hoc dicit ex l. ij. ff. eod. ex l. final. C. de legi. tu. & l. militiæ C. qui da. tut. pos. Are. ¶ Itẽ maior lxx.[d] an. a tutela & cura se põt excusare.

ADDI. ¶ Itẽ maior septuaginta. ¶ Casus. Clarus est. Ratio primi dicti est, quia senex impar putat oneri: & quia semper apud romanos habita est senectus, vt idẽ honor ei tributus sit q & magistratib. l. sem p. ff. de iu. immu. Sicut ergo datur excusatio magistratibus & potestatibus, ita & senibus. Rõ aũt secũdi dicti est, quia qui alterius auxilio eget, nõ pôt alteri auxilio esse, & qui suis rebus regẽdis impar est, non debet eidẽ cõmitti administratio aliorũ. Ratio autẽ tertij dicti est ꝓpter publicũ interesse, ne à militia distrahantur, ob quod plurima sunt in iure priuilegia eisdem concessa. Not. summarium.]

d ¶ *Item maior lxx. annis*. s. iã cõpletis, vt ff. de iurej. immun. l. iij. & ad Trebel. qui filium & filiam. §. j. aliàs nõ eẽt maior, vt ff. de minor. l. iiij. §. minorẽ. † Sed in alio personali publico

† *Intell ... ge istum verum non studiose per calumniam mouit quæstionem, vt ibi: aliàs secus, secũdum Ang.* ...

† *Qua* ...

b aut ẽ] publico munere statuitur tẽpus lv. annorum vt C. qui. ætate. l. fi. lib. x. ¶ Ratio autẽ differentiæ assignatur, quia administratio vnius ꝓuinciæ ẽ maius onus q̃ vnius tutelæ. Vel secũdum Christophorũ hoc factũ ẽ, vt plures inueniantur tutores fauore pupillorũ.] Et no. rõne senectutis aliqua fieri, quæ aliàs nõ fierent, vt hic, & ff. de iure immuni. l. semper j. respon. & C. de postul. prouidendum.

[...]quiratẽ syl. [...]amus cõpletus, vel suffi ciat cœptus, vel quando tempus requiratur de momento admonitum, dic vt ibi per glo. Bar. & doc. Angel.

Minores aũt xxv. annis, olim quidẽ excusabantur, nostra autẽ cõstitutione prohibentur ad tutelã vel curã aspirare: adeo vt nec[a] excusatione opus sit. Qua constitutione[b] cauet, vt nec pupillus ad legitimã tutelã vocetur, nec adultus: cũ sit ĩ ciuile eos, qui alieno auxilio in reb' sui administrandis egere noscũtur, & ab alijs regũtur, aliorum tutelã ve! curam subire.[c]

¶ Idem & in milite[d] obseruandũ[e] est, vt nec volens ad tutelæ onus admittatur.

¶ Docẽtes Grammaticã, vel Rhetoricã, vel Medicinã, vel Romæ, vel in patria sua ĩtra numerũ deputatũ, excusantur a tutela, h.d. ex. l. si duas. §. primo. ff. eod.

¶ Itẽ Romæ Grãmatici,[f] Rhetores & Medici, & q in patria sua †has artes exercent,

a ¶ *Nec excusatione.* Sed ĩ larga significatiõe ẽt qui ꝓhibẽtur, excusanẽ, vt ff. de postu. l. j. §. initiũ. & C. qui morbo. l. vnica. & ff. de tute. l. j. §. pe. & fi. & .j. eo. §. pe. & fi. & facit ad hoc ff. de regul. iur. l. eius ẽ nolle. Accur.

b ¶ *Constitutione.* C. de leg. tu. l. fi. & facit supra de fidu. tu. §. fi.

c ¶ *Subire.* facit ad hoc in authentico de sancti. epis. §. j. collatio. 9. & ff. de edẽ. l. si quis ex argẽtarijs. §. pen.

d ¶ *Idem & in milite.* s. in militia existẽte: secus in veterano: qđ dic, vt diximus. s. eo. §. itẽ qui reipublicæ. Ad hoc autẽ, quòd aliquis sit miles, sex sunt necessaria, vt diximus in authẽti. de manda. princip. §. fin. & in l. penulti. ff. ex quibus cau. maior. & infra de milit. testamen. super rubri.

e ¶ *Nec volens.* Et ita ipso iure non tenet datio, vt hic, & C. qui da. tu. posi. militiæ. nisi à cõmilitone det, vt ff. eo. propter magistratum. §. fin. † Aliud in cœlesti militia, vt in clerico qui admittitur vsq; ad quartum gradum, vt in auhenti. de san. episc. §. presbyteros. quam habes. C. de episc. & cleri. super. l. generaliter. ¶ Adde, quòd illud, quod dicitur de quarto gradu, nõ ꝓbatur. l. sed potius cũ tutela reguleẽ ab hæreditate, dicendum est, quòd sicut hodie admittitur vsq; ad decimum gradũ ad successionẽ, ita ad tutelam l. j. §. primo ff. de test. tute. de iure aũt canonico possunt suscipere tutelã intuitu pietatis etiam promoti, non tamen coguntur, nisi quando alius tutor non reperitur. cap. peruenit. lxxxvj. distinctio.

†Sed Iacobus de Are. ibi tenet cõtrarium et illum tex. intelligit in veterano. syl.

¶ Itẽ Romæ. Casus. Sic figuratur, vt supra in aliis casibus: cuius ratio est in prõptu, ne distrahanẽ à tã ꝓficua & necessaria disciplina: sicut dictũ est de militibus. No. ꝙ oẽs hi docentes artes triuiales excusantur.]

† aliàs id artis. syl.

f ¶ *Grammatici.* i. magistri de Grammatica: & idẽ dicas de sequentibus. Et adiunge his sophistas idest, dialecticos: ita vt omnes, qui docent triuium, excusenẽ, vt hic, ff. eod. si duas §. j. & hoc si doceant Romæ, vbi est cõis patria, vt ff. ad muni. l. Roma: &

Scĩa triuiales excusãt tutores.

& hic. Itē si ī patria sua, vt hic subijcit. Itē oportet ꝙ sint ītra numerū. Habebat.n. quælibet ciuitas numerū secundū quantitatē, & Grāmaticos, & Dialecticos, & Rhetores, & Physicos siue Medicos. itatū ꝙ nulla vltra decē haberet, quibus hanc immunitatē daret, vt ff. eod.l. si duas.§.fi.Sed aliud videt̄ in ijs, qui docēt quadriuiū, vt musicā, Astronomiā, Geometriā, & Arithmeticā: nā non videtur habere excusationem, vt ff.eod.Geometræ.

Scientię quadriuiales non excusant à tutela.

& intra numerū sunt, à tutela & cura habent vacationem.

¶ Proponens vnā excusationem, & nō pbans, pōt in tra statuta tēpora aliam proponere & pbare, hoc dicit. ex l. propter ff. eod. Areti.

¶ Qui autē † vult se excusare, si plures habeat excusationes, & de quibusdam non probauerit, alijs vti [a] intra tēpora [b] constituta non prohibetur.

SYL. * ¶ Dic quòd in dicta l. si duas. sophistæ appellantur Philosophiæ professores, vt hoc loco ostendi in Com.] Quid autē glo. appellet triuium vel quadriuiū declarat hic Christoph.]

Doc.ll. an excusent à tutela.

Quid dē legū doctoribus? Non excusantur nisi Romæ, vt ff.eo. sed & reprobari.§.fi.& §.pen. vel nisi in consilium principis sint assumpti, vt ff. eodem iurisperitos. Vltra numerū autem vel extra patriam suā nemo excusatur, nisi sint aliqui multum disciplinati, ut ff. eodem. sed & reprobari.§. amplius, Item Philosophos, qui docent in naturalibus, constat excusationem habere, vt ff.eo. sed & reprobari.§. amplius.

Philosophi à tutela excusantur

SYL. ¶ Qui autem vult. Casus Fuit dubitatum, an habēs plures excusationes, si vnam proponat tantum, & eā non probet, possit alias postea proponere & probare: & videbatur ꝙ non, quia proponendo vnam ex pluribus, illi videtur se astrinxisse, & alijs renunciasse, argumen.l. cū prætor. ff. de iudi.l. illud. ff. de acquiren. hæredi. Contrarium tamen decidi-tur ea ratione, quia cum excusationes sint separatæ, non præsumitur quis per propositionem vnius, alteri renunciare. lege quoties quis duplici iure. ff. de regul.iur. expressa enim remissio ipsius non extenderetur ad alia, secundū Barto. in l. si domꝰ. ff. d seru. vrba. prædio. maximè q̄a inducta ad excusandum, si cut est propositio vnius causæ, nō debent inducere contrariū effectū. l. legata inutiliter. ff. de adimen. lega. cū simil. No. ꝙ proponēs vnā excusationē, cum habeat plures nō videtur alteri renunciare, sed potest intra tempora statuta illis vti.]

† *Coeo cum hæc §. c. pastoralis cum & super verbo, audiantur. Prin. extra de excep.*

a ¶ Alijs vti. dūmodo in initio omnes proposuerit secūdum quosdam: † aliās nō potest, vt ff. eo. scire oportet.§. scire autem. Vel (quod verius est) secundum Ioan. dic, ꝙ illud qd̄ ibi dicit, ꝙ similis est ei, qui se nō excusauit, qui omnes prius non proposuit, verum est, quo ad non nominatas: quia oportet, quòd adhuc pponat, si non est lapsum tempus, vt hic, & ff. eodem. propter litem.§.j. & ff. de exceptio.l. nemo. & ff. de trā sac. cum ij.§. si prætor.

† *Et tā sufficit quòd nam probet: & hæc tempora currunt etiam si ignorauerit tu*

¶ Et hæc solutio vera est, & tenenda, licet verba videantur à principio velle omnia esse proposita.] Contra. C. de inoffic. testamen. contra maiores. Sed ibi ab initio duas proponere non potuit, quia, sibi esset contrarius, & ita verum est.

SYL. sibi competere secundum docto. hic.

b ¶ Tempora. quæ sunt ista tempora habes infra proxi.§.

* ¶ Adde, quòd ad proponendum excusationes dantur quinquaginta dies SYL.

ta dies continui, & amplius, secundum dispositionem §. sequentis: sed ad illas propositas prosequendas datur quadrimestre. l. quinquaginta. ff. eodem.

ius periculum in muneribus vtilitate & auctoritate publicis, ideò celerius expediri oportet, vt assignant communiter doct.]

¶ Constitutus infra cētesimum lapidē habet quinquaginta dies ad proponendum excusationes à die scientiæ: constitutus verò vltra, habet vnam dietam pro quolibet vigesimo milliari, & triginta dies: dummodo non sint pauciores qn quaginta hoc dicit ex l. scire. ff. eod.

¶ Qui autem excusare se volunt, non appellant: [a] sed intra quinquaginta dies [b] continuos, ex quo cognouerunt [c] se eē tutores vel curatores datos, se

ſy l. ¶ Qui autem excusare. Casum non expedit figurare, quia terminus hic statutus, vtpote positiui iuris non habet in se certam rationem, & litera plana ē. * Exquirenda tamen est ratio, cur nō liceat appellari: & videt esse in prōptu: nā testamētari⁹ ideò nō appellat qa nō datur appellatio à facto priuati. l. j. in prin. ff. de app. legitimus verò, qa à dispositione. l. appellari non potest. l. si qua. ff. de verbor. signific. in datiuo verò potest assignari ratio ex l. fin. ff. de appell. recip.] Not. ꝙ à tutela non appellatur, sed excusanda ē infra quinquaginta dies. Item ꝙ tales quinquaginta dies sunt continui. Item quòd tale tempus currit à diē scientiæ. Item quòd quilibet tutor potest se excusare. Item quòd dieta est xx. milliariorum. Item quòd inductum ad augmētum non debet operari diminutionem.]

Appellari an possit ab iniūctione munerum.

a ¶ *Non appellant*. Sed contra. ff. de appell. cum in vna. §. tutor. Sed ibi appellatum fuit ab ipsa sententia lata contra excusationem, sed ab ipsa datione appellari non potest, vt hic, & ff. quando appell. sit l. j. §. si quis tutor. sed in alijs muneribus contra quia à datione appellatur, vt C. de appe. l. 2. qui. & C. de tempo. & re. l. prima & C. de decurio. l. 2. libr. 10.

ſy l. Ratio differentiæ est propter ma-

b ¶ *Intra quinquaginta dies*. Ita tamen quòd infra quatuor menses contineantur isti quinquaginta dies, licet cognouerit se forte datum circa finē quatuor mensiū, vt. ff. eo. quinquaginta, ar. eius quod est ff. ad l. iul. de adul. mariti. §. ꝑterea. & hoc s'm quosdam. Vel dic, quòd hi quatuor menses currunt à die cognitionis, sicut & quinquaginta; & hoc quantum ad initium est vsque ad quinquaginta dies, & sic parum vltra duos menses potest hæc causa durare post quinquaginta dies: & sic intelligitur prædicta l. quinquaginta. Et quod ibi dicit in fine, ex die nominationis: subaudi, & cognitionis: aliàs verò regulariter trienio durant lites, vt C. de iudi. properandum in prin.

¶ Tu respon. ꝙ hic à die scientiæ intelligitur vtrunque tempus, quia aliter præscriberetur prius cognitioni quatuor mensium, quàm propositioni, quæ habet tempus vtile: cuius contrarium est in §. præterea. quia ibi vtrunque tempus datur ad incipiendam accusationem, nec potest illud inconueniens oriri quod hic.] ſy l.

c ¶ *Cognouerint*. Sed nunquid in dubio præsumetur eū scire vel ignorare? R̄n, videtur, ꝙ semper scire p̄sumat, etiā ex die nominationis, saltē extunc, qn ad eum notitia venire po-

excusare[a] debent, cuiuscunque generis sint, id est, qualitercunq; dati[b] fuerint tutores, si intra centesimum lapidem[c] sunt ab eo loco, vbi tutores dati sunt: si verò vltra centesimum lapidem habitant, dinumeratione facta viginti[d] millium diurnorum, & amplius triginta dierum:[e] †qui tamen[f] (vt Sceuola dicebat) sic † debent computari,[g] ne minus sint, quam quinquaginta dies. ¶ Tutor simplici-

†aliàs quod.
†aliàs debet.

potuit.nisi probet se ignorasse,vt C. de peri.tut.l.si tutor.Sed tamen cōtradico:scilicet, vt præsumatur semper eū ignorasse. nisi probetur eius scientia, vt ff.de admi.tut. hoc autē. & C.qui mil. nō pos. super seruis. li. 12. & ff.de prob. verius. Nec obstat prædicta.l.si tutor. quia ibi publicè erat notū: vnde nec iste tutor potuit ignorare,vt ff.de iu. & facti igno. regula. Vel quod dicit ibi, Idq; liquidis probationibus ostēderis .scilicet, eo ꝙ nō probetur contra: vel aliter, vt ibi solet dici.

a¶ *Se excusare.* scilicet dando initiū excusatiōi,vt modo diximus, & eam redigendo in scriptis per libellum,vt ff.eo.scire oportet.§.oportet.non tamen solus libellus hic sufficit, nisi & probet excusationem,quæ ibi continetur,vt ff.eo.l.excusari.Accur.

ADDITIO. Quod facit,vt terminus datus ad opponendum seu excipiendum, intelligatur etiam datus ad opposita seu excepta probādum, secundum Christoph.

b¶ *Dati fuerint.*Siue à testatore,siue à lege,siue à iudice,vt j.tit.j.§.2.

c¶ *Lapidem.* i.miliarium. lapidibus etenim signabantur miliaria.

*ADDITIO. Romæ in capite Romani fori fuit colūna aurata ad ædē saturni,quę miliarium appellabatur, in qua incisæ omnes viæ Italiæ terminabantur: nam singula miliaria singulis lapidibus terminabātur.patet ex Plinio lib. 3.c.v.Sueto.Othone,Tacito lib.15.

d¶ *Viginti milium.* Vt pro vnoquoque die viginti milliaria computentur, vt ff.si quis cautio.l.j.

e¶ *Triginta dierum.*s. debet dari terminus, intra quem se excusent. Vel dic excusare se debent,facta dinumeratione triginta dierū &c.

f¶ *Qui tamen.* Repete debēt se excusare intra illos viginti dies: qui tamen &c.

g¶ *Computari.* Caueas ne fallaris in hac comtatione:s.n. per centum milliaria abest, vel minus, tm̄ habet dies quinquaginta: si autem abest vltra, etiam per vnum milliariū,habet pro quibus libet viginti milliaribus vnā diē: & sic pro centū milliaribus habet quinq; dies: cū quinquies viginti faciant centū, itē forte vnū diē: quia vltra est per milliariū vnum,vel parū plus. Item 30.dies habet:& sic habet 36.dies:& ita est in deteriori cōditione qui remotior est. Sed tm̄,vt subiicit, ita est facienda cōputatio, ne sint minus, quā l.dies. Et sic apparet, ꝙ nisi per 21.dietas vel plus sit vltra centesimū milliariū,nō ꝓdest adiectio. 30. dierū,vt hic & ff.e.scire.§.aliud,aūt.

¶ Datus autem. Casus. Dubitabatur simpliciter, dato tutore vel curatore,an vniuersæ hæreditatis tutor esset:& videbatur ꝙ non censeretur datus,nisi bonis illius ꝓuinciæ, in qua est l.non solum.§. & qui testamēto. ff.eo.Sed contrariū dicitur,si simpliciter datus est:quia ad totum datus intelligitur: cū natura tutelæ sit vt prius personā tueatur,secūdo bona, quæ cum sine distinctione, aut limitatione indefinitè cōmissa sint, omnia in- SYL.

nia intelliguntur commissa. Illud enim, quod dicitur in d. §. & qui testamento. habet locum, vt possit se excusare, non autẽ ꝙ ab initio non intelligatur datus ad totum. No. quod dicit in tex.

a ¶ *Patrimonium.* facit. ff. eod. propter litem. §. fin. Sed cõtra l. qui dat. tut. pos. §. certæ. Solue vt ibi.

SYL. ¶ Qui tutelam. Casus. Sic figurari potest. Dubitabatur, an ꝗ filij alicuius tutelam gesserat, eiusdẽ curam gerere astringeretur: & videbatur ꝙ sic, *quia cura ẽ munus publicum, ad quod suscipiendum omnes coguntur l. eo. in prin. nec eo quòd tutelam eiusdem gessit, videtur esse excusandus, tũ quia nisi sint tres tutelæ, nõ excusant, tũ quia qñ iniungitur cura, iam finita est tutela pubertate, & tutela finita non præstat excusationem. §. item tria. s. eo.] Sed contrarium respondetur. sufficit enim vel in paucis amici labore consuli. l. tutori. C. de negot. gest. Not. ꝙ curator esse non cogitur quis illius, cuius fuit tutor. Item quòd curator inuitus à testatore non datur.

b ¶ *Non compellitur.* quasi sufficiat ei tantum seruisse, vt C. de nego. gest. tutori.

c ¶ *Non cogendum.* Facit ad hoc. C. eod. l. curator. Sed contra est ad hũc. §. C. e. libertos. §. fi. Sed speciale est in liberto, vt non excusetur, licet tutor fuerit.

ter datus, intelligitur datus vniuerso patrimonio. h. d. ex l. propter. §. licet. ff. eodem.

¶ Datus aũt tutor ad vniuersum patrimoniũ[a] datus esse creditur.

¶ Qui tutelã alicui[9] gessit, nõ cogitur postea eius dem pupilli esse curator. h. d. ex l. curator. C. eo.

¶ Qui tutelã alicuius gessit, inuitus[9] curator eiusdẽ fieri non cõpellitur,[b] intantũ, vt licet paterfamilias qui testamẽto tutorem dedit, adiecerit se eundem curatorem dare, tamen inuitum eum curã suscipere nõ cogendũ,[c] diui † Seuerus & Antoninus rescripserunt.

*¶ Limita nisi per fideicommissum manumissus esset, aut propria pecunia emptus. l. nequaquam. & l. libertum. §. qui propria. ff. eo. SYL.

*ADDITIO. In textu. Diui Seu. & Anto. Sane. Alciat. lib. di spun. 3. ca. 8. putat legendum Verus. quòd is cum Antonino imperarit. quod idem Nebrissensi placet in di. Antonin[9] sed hæc falsa esse Herodianus lib. 3. declarat, qui scribit Seuerum senem. imperium cum filio suo Bassiano qui Antoninus postea est, communicasse, Tum Bassiano inquit, qui tunc imperatorios honores adeptus Seuerus Antoninus accepto Marci cognomine vocabatur, ac maior natu erat, vxorem dedit filiam Plautiani &c.

† *alias Verus.*

¶ Iidem rescridserunt. Casus. Quærebatur, an maritus esse posset curator vxoris? & videbatur ꝙ sic, quia procurator & curator æquiparãtur, & potest esse procurator. l. maritus C. de procura. ergo & curator: cuius cõtrarium deciditur, & intelligitur secundum gl. ꝙ datio non tenet d. l. marit[9]. C. qui da. tu. pos. mutuus aũt amor impeditiuus donationis, est ẽt impeditiuus curæ, propter remissionem & propter timorem scandali, si ante finem curæ vellet remouere, vt suspectum. §. suspectus. 2. infra tit. j. quod non est in procuratore, qui ex simplici voluntate reuocatur. sed an hęc ratio consistat, vide quæ annotaui

tam ad gl. super versi. excusare.] a ¶ *Maritum* Idem de sponsa, vt ff. eod. l. j. §. fina. b ¶ *Curatorem*. Sed procurator potest esse vt C. de procur. l. maritus. ideò autē nō ponit hic tutorem. quia aliqua vxor non est pupilla, vt supra de imp. i pri. c ¶ *Excusare* Impropriè ponitur. Nā & si vellet, non admitteretur, vt C. qui da. tut. po. l. maritus Et est ratio: quia propter affectū vxor omnia sibi remittere. †

Maritus non pôt esse tutor vxoris.

¶ Maritus, etiam si se immiscuerit ī cura vxoris suæ habet excusationem. hoc dicit ex l. j. §. fi. ff. eod.

¶ Iidem rescripserunt, maritum [a] vxori suæ curatorem [b] datum excusare [c] se posse, licet se īmisceat. [d]

SYL. × ¶ Ista ratio reiecta est à Doc. tam in d. l. maritus. q̄ in l. ii. C. de procu. quia eadem viget in mandato, & nihilominus potest esse procurator. Vera rō est, quam cōsiderat ipse Imperator in l. licet. C. eo. ne. s. fiat fraus Senatusconsulto prohibenti nuptias cōtrahi inter curatores & adultas: sic. n. ad eum casum res perueniret, in quo ab initio consistere non potuisset.] Et hæc omnia sunt vera, vbi datus sit curator, postq̄ fuit spōsus vel maritus: si verò prius fuit tutor vel curator, non posset posteà esse maritus, vt C. de interd. matrim. per totum titul.

† Istud dictū gl. reprobatur & e rō, quia reuocatio procuratoris pendet ex mero arbitrio domini, ut ī frama. §. item

SYL. ¶ Adde hodie secus de iure canonico cap. pen. de secun. nup.] Item hic maritus, qui post matrimonium fuit datus curator ignorans forte. alium debet petere substitui, vt C. eo. l. amplissimi, & l. licet.

mandatum. secundum Ange. bis.

d ¶ *Immisceat*. sed si ali9. s. depdictis qui excusationem habent, se immiscuit non posset se excusare, vt C. si tut. vel cura. fal. al. l. 2.

SYL. ¶ Siquis aūt. ... Clarus est & cius rō manifesta, nequis ex sua improbitate commodum consequatur l. j. C. si tu. vel cur. fal. alle. ex.]

e ¶ *Falsis*. Vbi veritas fuit mutata. Nam falsum nihil aliud est q̄ immutatio veritatis vt in aut. de fide instr. in pr ī. col. 6.

Falsum est immutatio veritatis.

¶ Falsis excusationibus liberatus, non est excusatus. hoc dicit ex l. j. C. si tu. vel cu. fal. alle. ex.

¶ Siquis autē falsis [e] allegationibus excusationē meruerit, nō est liberatus [f] onere tutelæ.

f ¶ *Non est liberatus*. Immò ex tēpore dationis tenet, vt C. si tut. vel cur. fal. alle. l. j. in fi. & facit ad hunc. §. ff. de re iu. diuus. & de excep. qui agnitis. & C. si ex fa. instru. per totum titu. Quid si est in iusta excusatio, licet non falsa, vel non gratiosa? Respon. pôt adhuc idē dici, vt non teneat in minoris præiudicium, vt C. si ex fal. alleg. l. j. Quid si per ignorantiam? Respon. idem, vt C. si ex fal. allega. l. vlt. licet aliàs sententia gratiosa teneat, vt ff. ad treb. seruo inuito. §. cum prætor.

De suspectis tutoribus vel curatoribus.

¶ Supra visum est de tut. & cur. ac etiā eorum excusationibus: verum quia hi aliquando non excusantur, immò inuiti tanquam suspecti remouentur, ideò de his subdit. Porcus.

Cōtinuatio.

Sciendum. ¶ Totus iste titulus diuiditur principaliter ī quinque partes. Primò, vnde habuit exordiū crimen suspecti. Secūdò, qui possunt de suspecto cognoscere. Tertiò, qui possunt fieri suspecti. Quartò, q pos sunt accusare tutorem de suspecto. Quintò, qbus causis qs fit suspectus & si accusat de suspecto, qd sequit. Secunda ibi (Datū.) Tertia ibi (Ostē dimus.) Quarta ibi) Consequens.) Quinta ibi (Suspectus.) Ang. Are.

Diuisio

¶ Sciē-

De suspectis tutoribus vel curatoribus. ff. eod.

¶ Crimen suspecti descendit ex lege duodecim tabularum: & Praetor Romae, & Praeses in prouincia de eo cognoscit hoc dicit ex l. prima, ff. eod.

Sciendum est suspecti [a] crimen ex lege [b] duodecim tabularum descendere.

¶ Datum est autem ius remouendi tutores suspectos Romae [c] Praetori, [d]

SYL. ¶ Sciendum. Casus. Non figuratur vsque ad verbum, ostendimus * Sed loco casus admonēdi sumus, verba. L.xij.tabu. quorum mentio habetur hoc principio, sic se habuisse. Suspecti tutores remouētur. Et alibi: Intercessor rei male salutaris ciuis esto. Hic intelligitur, quomodo suspecti crimē ex.L.xij.tab. descendat: ex quo.n. ea lege cautū est, vt suspecti tutores remoueātur, ex tali dispositione deprehēditur, hoc inter delicta annumerari. Quid ergo dicemus (inquit Paul. ad Rom.) lex peccatum est? absit, sed peccatū non cognoui nisi per legem: nam & concupiscentiam nō nouissem, nisi lex dixisset, Non concupisces.] Not. ꝙ crimen suspecti tutoris descendit à l.xij.tabu. Item ꝙ maiores magistratus de hoc cognoscunt tam Romae ꝙ in prouincijs, & per consequens est delegabile.]

a ¶ *Suspecti crimen*. i. huius criminis accusationē. s. de suspecto. Vel simplicius, crimē suspecti. i. suspicionis.

b ¶ Ex lege. Ex quo est legitimū crimē, nunquid se inscribet qui accusabit? Rn̄. pōt dici, ꝙ sic, vt ff. de priua. de sic. l. j. & de mu. & hono. rescripto §. siquis. Alij cōtra, vt ff. eo. l. 3. §. praeterea. Sed illud potest intelligi, quā do sine accusatore res procedit. † Aliud est, si cum accusatore, vt dictum est supra.

*ADDITIO. Suspecti crimen ex l. 12. tabul. descendere intellige quod ab ea vetetur ac puniatur, vt rectè sentit Aldobran. verba. n. legis 12. tab. ex antiquorum monimentis collecta haec sunt. Suspecti tutoris iudicium esto. Hier. Messag.

* ¶ Adde, ꝙ quamuis legitimum dicitur quodcunq; ex l. descendit, non rectè tamen quispiam dixerit crimē legitimū, sed ex l. 12. tabu. suspecti crimen descendere intelligit, quippè ꝙ ab ea vetetur, puniaturq;. Vel interpretemur secūdam gl. praecedē. crimen pro accusatiōe: hoc enim vsitatissimum est l. 2. C. de gen. abo. & l. j. C. de ijs qui ad eccl. confu.] pro resolutione autem q. gloss. dic. ꝙ aut agitur ciuiliter tantum vt remoueatur tutor, & nulla requiritur inscriptio: aut criminaliter, vt remoueatur, & ob crimen condemnetur, & tunc exigitur: & sic primo casu interuenit procurator, in secundo non, vt dicit Bart. quem alij seq. in l. j. ff. eo. in fin.]

¶ Sed quae erit hic poena talionis, cū accusator non sit tutor, vt remoueatur? Respon. infamia, vt infra eod. §. suspectus. ij.]

¶ Adde, ꝙ per hoc non requiritur inscriptio, quia infamia est intrinseca, & sequitur ex ipsa remotione absque sententia, vt dicit Barto. vbi supra in actione de dolo.]

¶ Item quia quandoque erit puniendus vltra remotionem, vt infra eodem §. sed siquis praesens.

c ¶ *Romae*. Sic in authent. de defen. ciui. §. decreto ibi non habente. col. tertia.

d ¶ *Pratori*. Et illi cui à praetore mādata est iurisdictio, vt ff. eo. l. j. §. ij. Sed dicunt quidā quātū ad cognitionem, non quantum ad remotionē: &

Marginalia: *Suspicionis ex* SYL. *primo necesse tur in miasse dū B.* — SYL. — † *Quo casu iudice per inquisitionē procedente non oportet cām*

dicunt tantum esse speciale in legato à Proconsule: vt ipse possit remouere, non sic in legato à Præside, sed cognoscere tantum potest.

a ¶ *Præsidibus.* Sub hoc vocabulo continetur Proconsul, vt ff. de offi. præsi. l. prima.

b ¶ *Legato proconsulis.* id est de legato à Proconsule. Sed hic non habet ordinariam iurisdictioné: ergo remouere nõ potest. vt ff. ad turp. l. j. §. suspecti. quæ est contra.

bata fuisset, qui optimum consilium pro filiis capere censetur l. consilio. C. de cur. fur. ob quam rationem leges quoq; & satisdationẽ & inquisitioné ipsis remiserunt. §. fi. s. de tut. & de satisda. tut. in princ.

& in prouinciis Præsidibus[a] earũ, & Legato [b]Proconsulis.

¶ Quilibet tutor põt de suspecto accusari: & etiam patronus, dũmodo ei fama cõseruetur, secus in aliis. h. d. ex l. j. §. ostendimus. ff.

eod. Aret.

¶ Ostendimus,[c] qui possunt de suspecto cognoscere, nũc videamus, qui suspecti fieri possint.

¶ Et omnes qui dem † tutores[d] possunt fieri suspecti siue sint testamentarij, siue non

Idem videbatur dicẽdum & de datis à iudice, cum tempore dationis, morũ, & facultatũ habita sit inquisitio, atq; idonei inuenti fuerint. Similiter modo in patrono atq; aliis legitimis videbat

† *Aliàs & quidẽ omnes.*

Sed dicunt quidam nomen præsidis ibi generale esse, vt etiam hunc delegatũ, & sic omnem delegatum cõprehendat, vt ff. de offi. præsi. l. j. Sed verius est in hoc legato duo esse specialia, vnum est, vt de hoc crimine possit cognoscere & diffinire, vt hic & ff. eod. l. j. §. j. & §. cui autem. & ff. de offic. eius cui manda. est iurisd. l. cognitio. Item & aliud, vt de omni crimine cognoscat, licet non pronũciet, vt ff. de offi. proconf. solent. Restat ergo vt per alium delegatũ hoc fieri non possit, nisi per istũ, & Prætoris, vt s. proxime dixi.

SYL. * ¶ Tu dic, quòd secundum Bart. aut agimus de remotione ciuiliter intẽtata, & potest delegari, aut criminaliter, & habet locum. §. suspecti. ita Bar in l. si tutor. ff. eo* quem sequuntur Docto. cõmuniter, vt dicit Alex. in l. j. col. to. ff. de offic. eius de veritate tamen dictorum hic per glo. vide hoc loco meum Commen.]

SYL. * ¶ Ostendimus. Casus. Cum quæreretur, an omnes tutores suspecti fieri possent, in testamẽtariis dubiũ faciebat, quorũ fides à testatore pro-

quod non essent accusandi, sed potius illis adiungendus curator. l. si tutor. ff. eo. Quibus non obstantibus deciditur contrariũ vtilitatis pupillorũ causa. Quamuis enim supradictæ approbationes inducant præsumptionem pro tutoribus. attamen si posteà detegatur illorũ improbitas, non est ferendum vt in administratione diutius perseuerent, arg. l. in confirmando. & l. vtilitatem. ff. de confirm. tut. sed cum patrono tutore. ll. hortatur, vt modestius agatur, vel petendo curatorem adiungi, vel tẽperando talibus verbis accusationẽ, vt fama integra remaneat, quod & in aliis tutoribus pupillo coniunctis obseruandum erit. l. si tutor. ff. eo. Not. summarium.]

c ¶ *Ostendimus.* vt s. proxi. §. & ff. de suspe. tut. l. j. §. ostendimus.

d ¶ *Omnes quidem tutores.* id est, omnis generis tutores, siue sint testamentarij, siue datiui, siue legitimi, non autem omnes, id est, boni & mali, quia boni, etiam si pauperes sint, non remouentur, vt j. eodem. §. vlt. Ponit ergo genera singulorum tutorum,

Omnes tutores possunt fieri suspecti an sit vera propositio.

¶ De hæreditatibus quæ ab intestato deferuntur. ¶ Hæc rubrica est generalis ad oẽs sequentes titulos usq; ad titulum de bonorum possessione vbi mistim tractabit ex testamẽto & ab intestato: sed textus huius tituli loquitur tantũ de suis hęredibus. sic & aliàs. ff. si certum petatur & de rebus credi. vbi tractat de mutuo in specie tantum. Accursius,

BYL. ¶ Continuatur hæc rub. per Iusti. supra in ti. per quas persf. nob. acq. in §. fi. vbi inquit: uisis modi, quibus particulares res acquiruntur, sequitur videre quibus acquirãtur per vniuersitatem, quod secundum eum ibi fit iiij. modis: per hæreditatem. bo. possessionem, arrogationem, & additionem cã libertatum conseruandarũ. subdit, prius ergo est vt videamus de hęreditatibus, quarũ duplex est conditio: ex testamento, & ab intestato. subiũgit se statim dictur ũ de ijs, quę in testamẽtis nobis relinquuntur: qđ cum perfecerit Imper. subdit alterũ membrum intestatorũ: pro quo est casus in l. j. ff. si ta. test. nul. exta. qui modus cõtinuandi, licet sit ad remota, contra. l. 2. ff. de sta. homi. non est ad remota respectu materiè: & Imp. aliàs hoc mo do continuandi vtit in ti. de leg. & in ti. de vsu & hab. in fi & infra de obli. quæ ex delic. nas.]

¶ Liber tertius, qui hodie describuntur Angel.

¶ De hæreditatibus quæ ab intestato deferuntur.

¶ Intestatus dicitur quis decedere pluribus modis,

Intestatus decedit, qui aut omnino testamẽtum non fecit, [a] aut non iure fecit

Intestatus. ¶ Totus iste titulus diuiditur in quatuor partes principales. Primo ponit quis dicatur decedere in testatus. Secundo, quòd prima causa est liberorum: & qui sunt liberi, & sui. Tertio de emancipatis, quomodo ad mittantur, & de adoptiuis: Quarto po-nit aliquas suas correctiones. Secũda ibi (Intestatorum autem.) Tertia ibi (Emancipati autem.) Quarta ibi (Sed ea omnia.) Ang. Are.

¶ Intestatus. Casus Non figuratur, cũ hic ponat deffinitio seu descriptio intestati. No. hic esse tex. contra illã regulã, φ qualitas adiecta verbo intelligitur secundũ tempus uerbi: nã qualitas decedentiæ non cõpetit viuenti, cum dicat, qui testamentũ nõ fecit: cum fieri possit vltimo vitæ spiritu l. 4. ff. loca. tamen nõ est hoc inconueniens, vt est tex. in l. si q̃s posthumos. §. φ si moriẽte. ff. de lib. & posthu. Itẽ no. φ intestatus dicit ille qui omnino testamentum nõ fecit. Item qui non iure fecit testm̃. Item quòd paria sunt, testamentum non esse factum, vel factum & non legitimè. Item quòd dicitur intestatus ille, cuius hæreditas, non est adita.] a ¶ Non fecit. Vel quia nõ vult, vel quia nõ põt; vt pupillus, furiosus: licet hi impropriè intestati dñr, esse possunt quia

Testar; aliquin, alii qui non possunt.

quia & si vellet testari, non possunt, ff. eo. s. de suis & legi. l. j. in prin.

SYL. ¶ Adde, quod hi quantum ad hanc tractatum sunt intestati, sed de proprietate non l. j. ff. de suis & legi. quod facit ad statutum, quod mater non succedat filio intestato stantib. agnatis, an vendicet locum in intestabili: de quo per doc. maximè Deci. in l. generaliter. C. de insti. & subst.]

c¶ *Iritum ue.* Vt per capitis diminutionem testatoris, ut supra qui. mo. test. infir. §. non tamen. & facit ff. de uer. sig. intestatus.

SYL. ¶ Adde, quod dicitur irritum et quod non iure factum est §. alio quoque modo, supra qui. mod. testa. infir. Item quando sibi mortem consciuit ob crimen. l. si quis filio. §. eius ff. de iniu. rup.]

...cit:[a] aut id, quod fecerat, ruptum[b] irritumve[c] factum est aut si ex eo nemo hæres extiterit.[d]

¶ **Prima causa successionis est suorum: qui dicuntur, qui primum locum obtinent sive naturales sint, sive legitimi. hoc d.**

¶ Intestatorum autem hæreditates ex lege duodecim tabularum primum ad suos hæredes pertinent. Sui autem hæredes existimantur (vt supra

a¶ *Non iure fecit.* Quia caruit solennitate testium, vel non habuit testamenti factionem, & fecit.

d¶ *Extiterit.* Sunt & alii duo modi, vt per querelam, vel contra tabulas testamento rescisso, vt C. de col. vt libe. Accur.

SYL. ¶ Adde tex. in l. j. ff. de iniust. rup. & dum gl. ponit exemplum in eo, quod de facto fecit testm, pot adduci tex. i l. si quæramus. ff. de testa. Item in illo quod preteriit. supra de exhær. libe. in prin.]

Testamentum per duo rumpitur. b¶ *Ruptum.* Arrogatione, vel agnatione posthumi, ut supra qui. mod. test. infir. j. respon.†

SYL. ¶ Adde, quod de hoc est tex. in lege 3. in prin. ff. de iniust. rup. & in §. posthumi. supra de exhære. libe.]

† Intellige ut ibi per Ioa. Fa. Por. & Ang. ¶ Et no. quod non est per omnia idem quando rumpitur, ac si nullum factum esset, si tamen fecit codicillos: cum primo casu. s. quando rumpitur, legatum vt ex codicillis non ualeat, ut C. de codici. l. j. secundo sic, ut supra de fideicõ. hære. §. præterea. & ff. de iure codic. si quis cũ. i fi. j. rñ. & in l. ab intestato, & supra ti. j. §. non tm.

SYL. ¶ Adde, quod in primo casu ratio est, quia codicilli pendent à testo. l. ab intestato in fi. ff. de iure codici. quod non esset, quando expressè vel tacitè essent grauati venientes ab intestato l. j. C. de codi. Item hodie non procedit hæc dñia, per auth. ex causa. C. de libe. prete.]

ADDITIO. Hoc verum si sit mota ante aditam hæreditatem: secus si post quia prætor non pot facere desinere quem esse hæredem. §. quos autem infra de bono. pos. Ang.

¶ Intestatorum. Casus Literaliter tantum figuratur, quia procedit de scribendo & tradendo regulam. No. quòd prima causa successionis est suorum. Item quòd hæreditas intestati primo debetur liberis ex l. duodecim tabul. Item not. qui sint sui. Item quòd dictio, supra, denotat ex interuallo: ibi, supra diximus, ex quo nota, quòd sufficit allegare in genere ad probationem alicuius rei. Item quòd patria potestas requiritur tempore mortis in suitate. Item quòd viuens moritur. Item quòd verbum, naturales, importat aliquando legitimos & naturales. Item quòd per oblationem curiæ quis legitimatur. Item quod filii per subsequens matrimonium legitimantur, & efficiuntur legitimi hæredes parentib. suis Item quòd quis debet consequi meritum & honorem ex eo bono, cuius est causa.]

a¶ Supra

diximus[a]) qui in potestate morientis fuerint:[b] veluti filius filiave, ne pos neptisve ex filio, pro nepos pronepotisve, ex nepote ex filio nato[c] prognatus[d] prognatave. Nec interest, vtrū naturales[e] sint liberi, an adoptiui.[f] ¶Quibus[g] connumerari necesse est etiā eos, qui ex legitimis qui dē nuptiis vel matrimoniis nō sūt progeniti, curiis[h] tamē ciuitatū dati, secundū diualiū[i] cōstōnū, q super his positæ sunt, tenoré, hæredū suorū iura nanciscuntur: † necnō[k] eos, quos nostræ amplexæ sunt cōstōnes[l] p quas iussimus: † si quis mulieré in suo contubernio copulauerit, ń ab initio affectione maritali, eātn, cū qua poterat habere cōiugiū, & ex

a ¶ *Supra diximus*. supra de hęr. qua li. & diffe. §. sui.
b ¶ *Fuerint*. Itē aliud est necesse, ut nemo eos præcedat, ut ibidem dr, ut supra de hęr. quali. & diffe. §. sui.
c ¶ *Ex filio nato*. Aliud si ex filia, vt su pra de patria pot. § fi.
d ¶ *Prognatus*. i. procul à me natus: quia in quar to † gradu est mihi, qui vocatur abnepos, vt ī. de gra. §. quarto. Vel dic † cōpositū poni pro simplici. i. natū vel natam: & sic pone pro p nepote prędi cto. Vel dic melius loquitur de oībus descendentibus vlterioribus. & ideo dicit prognatus, q a vsq; in infinitū succedūt, vt in authen. de hære. ab intesta. §. j. & sic propriè ponitur prognatus. i. procul natus.
¶Adde, quòd media approbatur: facit tex. in l. cui eorum. §. item pomponius. ff. de postul.]
e ¶*Naturales*. Id est & legitimi.
f ¶*An adoptiui*. Quo ad hoc ut sui dicant: (j) nisi emācipati fuerint: tūc .n. interest, cū naturales emancipati iure ꝑtorio succedant, adoptiui nō, vt ff. eo. l. j. §. suos & ī. eo. §. minus. ADDIT. (j) Scilicet ab intestato, secus ex testō: de quo dic ut p Ang. in §. sed hodie. ī. de adop. Itē hoc non obtinet in feudo ēt nouo, ēt si cū cō sensu domini adoptetur agnatus, c. adoptiuis. in ti. si de feu. fue. contro uer & de successio. feu. c. j. & p Io. Fab. & per Ang. Are. hic.
g ¶ *Quibus*. s. suis hęredibus.
h ¶*Curys*. Erat. n. curia siue corp⁹ in qualibet ciuitate: q curia indigebat officialib. ut negocia expedirētur, ut in auth. d de fē. ciui. §. nulla, in fi. col. j. vnde quicun que vellet naturalem suū filium dare illi curiæ: vel ipsemetfilius post mortem patris se offerre, non ex tantibus legitimis: uel pater testamento illud dicat legitimus fiebat, vt in auth. quib. mo. na. effi. sui. §. quod uers. & §. si quis igitur.
¶Intellige subsequenter ratihabitione. §. cum semel. d. auth. Nec potest pater vnum ex ita legitimatis facere melioris conditionis filijs legitimis & naturalibus. §. & quoniā varie eo. auth.
* Erant autem hæ curiæ decurionum, vt copiose ostendi in Anno. su pra tit. de nup. §. fi.]
¶Sicut fit remissio peccatorum ijs, qui vadunt vltra mare.
i ¶*Diualium*. id est, principum id est, Theodosij & Leonis, vt C. de naturali. liberis. lege. si quis, & l. quoniam.
k ¶*Necnon eos*. s. necesse est connumerari inter suos.
l ¶*Constitutiones*. C. de nat. lib. cum quis & l. nuper.

prognatus ex abnepos idem.
† *Immo quinto gradu secundū Nico.*
† *Prima est melior secundum eundem Nic.*

† *Pro intellectu & declaratione huius tex. vide Pe. Dnē nas in regulis v triusque iur. reg cet l. per totum. Io. Bap. xiletus.* † *aliās ut fi.*

Peccata remittuntur peregrinātibus.

e ¶Su-

a Sustulerit.i. habuerit. b Instrumenta. In quib. contineat matrimonium inter Titiū & Bertan esse contractum, & dotem datā esse: quę instrumēta dotalia vel nuptialia dicuntur; & si ne his duobus.s.scriptura & dote dicit P. non valere matrimonium: quia lex plerunq; de his dixit tali casu, vt hic, & supra de nup.§.fin. non aliàs, vt ff. de regul. iur. nuptias. Nos dicimus valere matrimonium, †ut C.de nup. si vicinis, & in authenti. de nup.§. nuptias colla.iiij. sed non fieri liberos legitimos, vt in auth.de trien. & se. §.fi.col.iij.

prohibita, ut dixi supra de nup.§. si aduersus.&§.fi.Ang. e Censuimus.q.d.nō solū si nascātur postea, & viuant cum primis, sed & si non nascant aliqui, siue ēt nascātur & moriātur vt C. de na.lib.l.nup. Et no. q ēt si legitimos habēt ex vxore quondam, tñ hæc valēt: † & siue ex libera, siue ex liberta, siue serua, quam postea manumiserit, & in vxorem duxerit, hæc seruantur, vt in authen.de in cest. nup.§. fi.& in auth. de trien.&se. §. fi. col. iij. & in auth.de filiis ante do.instrumēta.nat.per totum ti.col.3.

Matrimonium sine scriptura et dote potest valere, sed non filij legitimari.

† Idem Ang. in §.fi. supra de nup.

† Concor.cum hoc tex. c. tanta cum gl. i. extra qui fil. sint leg.

† Quod verū intelligetiam si ne ipsorum consensu, & nulla de ipsis in instrumēto facta mentione, secus tamen in legitimatione fiēda per rescriptū, secundū hic. Angel.

ea liberos sustulerit:[a] postea verò affectione procedente, etiam nuptialia instrumenta[b] cū ea fecerit, & filios vel filias habuerit: nō solū eos liberos, qui post dotem editi sunt, iustos[c] & in ptāte esse patris, sed ēt anteriores †qui & ijs, qui postea nati sunt, occasionem legitimi noīs præstiterūt.[d] Qd' obtinere cēsuimus,[e] & si nō pgeniti fuerit post dotale īstr̄m cōfectū liberi vel ērnati ab hac lucesuerit subtracti

Ad hoc, vt nepos & alij vlteriores liberi in potestate sui hæredes sint, requiritur, q alius non pcedat eos in gradu. h.d.Areti.

SYL. Adde q si loquimur de iure canonico, opinio.gl.est vera.c.tāta.qui fili, sint legi.si de iure ciuili, & in illustribus non requiruntur.§.illud. in authen.quib.mo.natura.effi.leg. In libertatibus requirūtur.§.si quis igitur.in authē.vt liber.de cęte.in aliis autem cōiter tenetur requiri.]

c Iustos.Repete, iustissimus.

Mulieres aliqui retinent ad sobolis experimentū.

d Præstiterunt.s.primi.nā & ob hoc retinent quidē prius concubinas, ut experiantur an ex eis possint filios habere, vt postea accipiant eas in vxores, vel repellant: quod.s.vt repellantur, in vxore prohibitum est, vt in auth.quib.mo.na.effic.legi.§. quoniam.coll.vij.

Addi. Not.cautelam gl.pro eo qui vult habere filios: sed nō ē bona quo ad aīam, quia oīs fornicatio ē hodię

Adde non requiri manumissionē in serua, auth.noua alia, C.de nat.li. Idem ex meretrice hodie, si proles est certa c.inter opera de sponsa.

Ita demum. Casus. Non esset figurandus, cum pēdeat hic versiculus à præcedēti: ibi, nepos neptisve ex filio, pronepos proneptisue. Illa.n.uerba faciebant dubitationem, cum esset dictum eos ēt suos hæredes esse: respōdetur tñ declarando illa verba ita demum hoc esse, si nemo eos in suitate præcedat; & ratio decidendi fuit, quia suitas non capit nisi vnum gradum l.posthumorū.ff. de iniusto rup. In versiculo, posthumi. ratio dubitandi fuerat, q supra dictū erat necesse esse in potestate patris fore tēpore mortis, quod nō reperit in posthumo; ratio autem decidendi fuit, quia nato eo fit retrotractio ad tēpus

pus

pus mortis patris. Not. suitatem nõ capere nisi vnum gradum. Item ꝙ nepos ita demũ est suus, si pater eũ non præcedat in gradu. Item ꝙ quomodocunq; quis exeat patris potestatem, facit locum secundo in suitate. Itẽ quod posthumus, est suus.]

a¶ *Desierit.* Sed nonne filius præcedit nepotem ex altero filio uno gradu, vt infra de gra.co.§. primo gradu & §. secũdo. & tñ non excludit, †ut infra e. §. cum filius. Respõ. non uidetur præcedere, cum sui patris locũ obtineat, ut ĩ d. §. infra. eod.

† Idem Fa. Pla- ce. & Ang.

Ita demũ tñ nepos neptisve, pronepos proneptisve, suorũ hæredũ numero sunt, si ꝓcedens persona desierit[a] in ptãte parentis esse: siue morte id acciderit, siue alia rõne veluti emancipatione.[b] Nã[c] si per id tp̃s, quo quis[d] moritur, filius in ptãte eius[e] sit, nepos ex[f] eo suus hæres esse non põt: idq; & in cæteris deinceps liberorum personis[g] dictũ eẽ ĩtelligim⁹. ¶ Posthumi quoque, qui si viuo parente nati essent, ĩ ptãte eius futuri forent, sui hæredes[h] sunt. ¶ Suus hæres statim post mortem parentis efficitur hæres, etiã ignorans, licet sit pupillus vel furiosus, & sine auctoritate sui administratoris. Aret. ¶ Sui autem hæredes fiunt etiam ignorantes:[i] & licet furiosi sint,

¶ Adde ꝙ doc. cõiter seq. hanc glo. Tñ aliàs cõtrariũ dicebã ꝑ text. in l. apppellatiõe. j. ff. de uer. sig. in l. liberorum. eo. tit. in l. quiq; §. parentes. ff. de in ius voca. vbi casus. in l. j. §. generaliter. ff. de leg. præstã. Nec text. in §. parentes. videtur intelligi a doc̃to. dicit. n. quòd usq; ad illum gradũ proprio nomine: appellantur. i. habent nomina propria, non quòd ulterius non sint proprie parẽtes & liberi, & ita teneas]

h¶ *Sui hæredes sunt* Cum habeantur ꝓ natis quoties de eorum cõmodis quęritur, †ut ff. de sta. homi. qui in utero. Et not. quòd posthumus dicitur propriè. qui post humationem patris nascitur, & dicitur ẽt impropriè ille, qui facto testamento nascitur, ut ff. de iniu. rup. test. l. 3. §. j.

† Idem Ang. in §. cum aut. supra de tu.

b¶ *Emancipatione.* Vel capitis diminutione maxima vel media, nõ aũt captiuitate, ut supra quib. mod. ius pa. potesta. sol. §. si ab hostibus & ff. e. l. j. §. si filius. ADDIT. Aduerte, quod dicitur hic de emancipatione, est hodie correctũ, quia sublata est differentia emãcipationis & patriæ potestatis Ang.

c¶ *Nam si per id tẽpus.* Cõtra j. eo. §. cum aũt quæritur. in princ. Solu. vt infra tit. j. §. proximus. Accursi

d¶ *Quis.* Veluti auus.

e¶ *Eius.* Scilicet aui.

f¶ *Ex eo.* Scilicet auo.

g¶ *Personis.* Cum oẽs liberi appellẽtur, licet post trinepotẽ ĩpropriè, vt ff. de gradi. l. iuriscõsultus. §. parẽtes & ff. de ver. sig. l. liberorum.

¶ Sui aũt. Casus. Quęrebat̃ an ignorãs vel furios⁹ efficeret̃ suu⁹: & ratio dubitãdi erat, q̃a ĩ his ꝑsonis nõ cadit obligatio regulariter, q̃a deficit cõsẽsus l. ĩ negocijs. ff. de reg. iu. sed isti obligãt̃ oneribus hæreditarijs, ergo &c. Cõtrariũ dcidit ea rõne, q̃a obligatio ꝓuenit à l. sine aliquo facto ipsorũ. No. ignorãtẽ q̃s cõtrahere. Itẽ ꝙ nõ dat̃ mediũ ĩter aditionẽ sui & mortẽ. Itẽ ꝙ quo ad acquisitionẽ æquiparantur furiosi & ignorãtes.]

Posthumus dicitur dupliciter.

i¶ *Etiam ignorantes.* & inuiti, & statim,

tim, licet iure prætorio, abstinere possint, ut s̄ de hær.qua.& diff.§.sui. & ff.si quis omi.ca. te.l.j.§.qui sūt. ¶Etiā hodie, scđm cōem opi.doc.] ADDI. Quòd prætoris beneficium, etiā si nō impetretur, cōpetit ipso iure l. ei qui se immiscuit.ff. de acqui.hæred.Ang.

a ¶*Hæredes.* s.sui, aliàs nō nisi per curatorem, secundū quosdam, vt C. de cur. fur...fi.§. ta. si itaque. ¶Ratio autē quare est diuersum in furioso quo ad hæreditatem alienā? & paternam est, quia hæreditas in suo acquiritur ipso iure, cæteræ nō sic, & ideò trāsmittitur, sicut & legata, licet secus sit in hæreditate, & ita declarat Bal.in d.§.tali.]

[illegible], hæredes[a] possunt existere, quia quib[9] ex causis ignorantibus nobis acquiritur, ex iis causis & furiosis acquiri[b] pōt. Et statim à morte parentis † quasi[c] continuatur dñiniū: & iō nec tutoris auctoritate opus ē pupillis,[d] cū etiā ignorantib. acquiratur suis hæredibus hæreditas. Nec curatoris assēsu acquirit̄ furioso, sed ipso iure.

¶ Reversus ab hostib. fictione postliminii efficit̄ suus hæres: ēt si reuersus fuerit post mortē patris: sed si testator pduellione damnatus fuerit, hæres suus eē desinit. Ange.

† *Adde text. in l.in suis. ff.de li. & post. concordantem cū hoc.*

b ¶*Acquiri potest.* Sic .ff.de acti.& ob.l.si à furioso, & ff.si cer. pe.l.si à furioso.

Possessio est res incorporalis.

c ¶*Quasi.* Hoc ideo quia in corporalibus dicit̄ ppriè cōtinuatio, sed dominium est incorporale, hoc reprobo, quia & possessio est res incorporalis, † & tñ vna cū alia cōtinuat̄, vt.ff.de acq. pos. pōponius.j.§.præterea.& §. in dotē. & §. si iussu. & §.sed & legatario.& §.pe. Dic ergo improprie fieri cōtinuationē, quia inter diuersa nō inter eadē fieri debet, sed pater & filius vnum fictione iuris sunt, vt C. de impube. & aliis substi.l.fi.§.fi.

† *Hoc uerū secundum Bart. de iure ci. non aūt de iure gentiū.*

Fingit SYL. *iut patrem &* ... *filium eandem personā.*

SYL. ¶ Adde q̄ hic iō nō cōtinuat̄ verè, quia dñium, qđ erat apud filiū viuēte patre, erat fictū, q̄n verò succedit, est verū, iō dixit quasi cōtinuat̄, q̄a alteratur qualitas subiecti, quod cōtinuat̄: iō est impropria cōtinuatio: & ita bene declarat hic Christo.]

d ¶*In pupillis.* Aliàs si est hæreditas extranei, & nō patris, tutoris auctoritas & pupilli actus necessarius est, nisi sit īfans, quo casu sufficit tutor, vt C. de iure deli. potuit. & l.si infanti.§. parente.& ff.de tuto. & curato. da. ab iis, lege impub.

SYL. ¶Interdum. Casus. In prima pte quæritur, an existēs in ptāte hostium tempore mortis, reuersus, sit suus, & uidetur quòd non, quia qui non est in potestate, nō est suus, vt supra. Contrariū dicit̄, quia quāuis reuera non sit.l.tamen fingit eū esse. In secunda autem parte dubitabatur ex eo, quia qui semel est hæres, perpetuò est hæres.l. & si fine. §.sed quod Papi.ff.de min.cuius cōtrariū dicitur ex eo, quia nō definit, sed auferunt bona ab eo tanquā ab indigno. No. quòd dictio, interdum, ponit regulā in cōtrariū. Itē quòd captus ab hostibus desinit eē in potestate patris. Item quòd sufficit aliquem esse verè vel fictè in potestate tēpore mortis. Itē quòd hoc est ex fictione postliminii. Itē quòd damnatus ob crimen læsæ maiest. non amittit potestatem, quam habet in filios. Item quòd in crimine læsæ maiesta. memoria damnatur. Item quòd est casus, in quo quis desinit esse hæres.

a Interdum. sic.ff. de suis & leg.l. j.§. interdum.

b Suus.ff.de testa.l. lex Cor. in fi. contra.Sol.ibi ille, qui fuit captus, non fuit reuersus, sed hic sic.

c Postlimi nii. Quod fin git eũ semp in ciuitate fuisse, ut supra qui. mo. ius pa. pot. sol.§.si ab hostibus.

d Post mortem. † Not. quædã delicta trãsire cõtra hæredẽ ẽt lite nõ conte. vt læsæ maiesta. in duob⁹ casibus, quãdo quis contra principẽ, vel rẽpubli. †fuit molitus, aliàs non, ut ff.ad l. iul.ma.l.fi.& his duobus casibus tm̃ loquit. Itẽ de residuis, & peculatus, & repetundarũ, vt ff.ad l.iul. pecu.l. fi. Itẽ apostatat⁹, ut C.de apost.l.2. & l.apostata.in fi. Quędã ẽt nõ transeunt lite nõ cõte. ut oĩa alia publica, vt.ff.de accu.ex iudiciorũ. Alia cõtestata lite trãseunt, aliàs non, ut oĩa priuata delicta, ut C. ex delic.de fun.l.j.& infra de perpe.& tempo. actio.§.non autem.

Adde, quòd regula est, quòd delicta, siue publica, siue priuata sint, nõ trãseũt in hæredes, nisi lis sit cõtesta.d.l.ex iudiciorũ. fallit in crimine læs.maie.d.l.fi. secundũ text. illius.l.In hæresi.l.manich.C.de hæ re.In apostatis, ut in gl. In crimine reperũdarũ.l.ij.ff.ad l.iul.repe. Itẽ in peculatu.l.fi.eo.ti. Itẽ de residuis l.fi.ff.ad l.iul.pec. Itẽ quando uxor successit uiro, & est accusata de morte uiri, uel ecõtra l. lucius. de iure fis. Itẽ in desertore militiæ.l.desuũctorum.C.de re.mili.lib.xij.]

e Perduellionis. Ideò dicit pduellionis, quia per duellum fiebat certamẽ, si aliquis criminis huius diceba tur reus, q aliquid in ipsum principẽ vel rẽpu. fuisset molitus, secundũ Pla. Et põt dici hoc & defendi, quia & secũdũ iura Romana uidet posse fieri debere pugna, (j) & sunt aliqua ar. vt.ff. ad leg.aquil. qua actione. §. si quis in colluctatiõe, & ff.de re.iu. cõmodis. & ff.de ijs qui not.infa.athletas.& C. de athletis. l.j.& ff.de excus. tut. l. athletæ.in princ. & C. quæ res pig. obl.pos.spem.& ff.de dona. donationes.in fi.his.n.legibus habetur mentio de tali pugna, q̃ nõ fieret nisi de iure esset: Vel dic perduellionis.i. hostilis criminis.nam perduelles hostes dicunt, ut.ff.de ver.si.quos nos.

Adde q hęc est vera, & declarat Alcia.ib.

ADDI.(j) De iure ca.ẽ phibitũ talibus pugnãtibus in duello ministrari sacramẽta, maximè quij puocant, ut no. Spe.de ac.§.sequit.ver.quid si.

* ADDITIO. Olim perduelles erãt, qui ciuẽ interfecerant, ut Horatius, q sororẽ ĩterfecerat, pduellis à Liuio dicit, sz Iurisc͂õ. pduellionis re⁹ est, q in prin. vel rẽp. hostilia fecerit crimi. neq; maiestatis teneturl.vl. ff.ad l.iuli.maiest.

f Memoria. nam ipse cum sit mortuus, non potest damnari nisi à deo, vt

¶ Interdum[a] autem, licet in potestate parentis mortis tempore suus hæres non fuerit, tamen suus[b] hæres parenti efficitur: ueluti si ab hostibus quis reuersus fuerit post mortem patris sui. Ius enim postliminij[c] hoc facit. Per contrarium autem hoc euenit, vt licet quis in familia defuncti sit mortis tempore, tamen suus hæres non fiat: ueluti si post mortem[d] suam pater iudicatus fuerit pduellionis[e] reus, ac hoc memoria[f] eius dãna

ff.ad in l. ma. dic ut per Angel. hic. Pugna an sit licita.

† Vide simi.glo. in l. ex iudicio-rum. ff. de accu.

† Scilicet Romanorũ arg.l. eũ qui uecti gal.ff.de uer. sig. Idẽ in alijs ciui tatibus, secundũ l. in l.

S Y L. fallaci-ter.C.de ibo. Q d st uerũ non re cognoscit superio-rẽ, aliàs secus, ut st gl. in l. in pri.

S Y L.

vt.ff.quæ sen.sine appel. re.l. penul.

a ❡ *Damnata.* Hoc.s.modo, pronuncio contra imperiũ Lucium fecisse, & iõ bona in fiscũ inferri† nã p hoc memoria dãnatur, & infamia quadã defunctus afficit, ut ĩ qui ex cau. man. nõ lic. §.j. & ex tpe commissi delicti alienationes ab eo factæ nõ ualebunt, vt C.ad l.iul. maie.l.pe. in fi.& ff.de do. l.donationes §.fi. Accur. ADDI. Ex hoc loco notari pōt, ꝙ de crimine alicuius ẽt post mortẽ quærere licet: quod verũ ẽ, si agitur pp bona vel cõtra psonã & bona, secus si cõtra psonã, uel de psona tãtum, quia tũc nõ licet, cum crimina morte extinguantur. Vide pro hoc gl.no.in c.a nobis.ij.de sen.excom. in notula.puta in hæresi &c.

† *Vide Thom. Grã.de cri.vi.vbi hoc singulariter limitat et declarat.*

Crimina an post mortem possint inquiri.

taᵃ fuerit: suũ.n. hæredem habere non pōt, cum fiscus ei succedat. sed pōtᵇ dici ipso quidem iure esse suum hæredem, sed desinere.ᶜ

¶ Nepos ex filio pmortuo succedit simul cũ alio filio viuẽte: quia assumit locũ patris sui: & ideò succedit cum patruo & filijs patrui in stirpes, & nõ ĩ capita Arca.

❡ Cũ filius filiaue & ex altero filioᵈ nepos neptisue existũt, pariter ad hæreditatẽ auiuocant: nec qui gradu proximior ẽ, vlteriorẽ excludit. Aequũᵉ.n.esse uidet, † nepotes neptesue ĩ patris sui locũ succedere. Pari rõne, & si nepos neptisve ex filio sit, & ex nepote pnepos pneptisve, simul vocanẽ.ᶠ Et quia

b ❡ *Potest dici.* Scilicet verius.

c ❡ *Desinere.* s.lata sententia. Nã non facit ipso iure desinere hæredẽ suũ esse tale delictum.

❡ Adde tamẽ, quòd interim est interdicta administratio rerũ propriarum l.quęsitum.ff. qui & à quib.

BYL. ❡ Cũ filius. *Casus* Sic figurat. Quæsitũ ẽ, an nepos vnà cũ alio filio succedat, & videbat ꝙ nõ, quia sp proximior pfertur.§.si plures.ĩ ti.j. cõtrariũ dicit, quia subintrat locũ patris, nec succedit ex psona sua, sed patris, quæ est in gradu æquali personæ alterius filii. No. ꝙ ita succedit auo nepos vt filius.Itẽ ꝙ vsq;ad pronepotẽ qs succedit ĩ locũ patris: ulterius nõ, ſm doc.cui⁹ cõtrariũ tenui aliàs p tex.in §.ita demũ ĩ.e. & per alia plura.Itẽ ꝙ tali casu succeditur in stirpes.Itẽ ꝙ qñ plures inter se succedunt auo, similiter succedũt ĩ stirpes.

d. *Ex altero fil'o.* secus si ex filia, ut infra e.§. item vetustas, & infra.e.§. di.

ADDITIO. Hodie secus, vt ibi no. & in l. lege. C. de legi.hære.

e ❡ *Aequum.* vt in authẽ. & qui.mo.nat. effi.sui.§. ergo. ibi, quid enim legali⁹. col.vij.

† *An et quando idẽ iudicetur nepote qđ de filio, an nepos ex filio primo genito excludat in feudo filium secundo genitum, eius patruũ, vide Tho. Gram. deci.i.*

ADDIT. Hic.§.secundum Ias. non habet locum in iure patronatus l.si libertus.ff. de bo. liber. dic tamen quod operę liberti nihil habent cõe cũ hæreditate aut bon. pos.quia hæ transeunt ad filiũ ptæmortui.l.à duobus in pri.ff. de ope. liber.Hier.Mess.

f ❡ *Vocantur.* Idẽ est, & si per bonorum possess.vocent, vt ff. de contra tab.l.j.§. vocantur(j) Sed contra ff. de contrab.l.iij.§.j.Sol.non est contra, quia ibi præcedit filius, qui patris loco est adoptatus ad neporem, vt supra.§.ita demum.

ADDI.(j) Et sic nepos assumit personã patris nedũ ab intestato, sed ẽt facto testõ, qđ postea impugnatur. Qđ est verũ, si succedit ti. hæreditario, quia tũc iuris dispositio, ĝ talis

est, considerat, secus si ti. fideicōmissario, quia cōsideratur affectio, quæ naturaliter est maior erga filios q̄ nepotes. Angel.
a ¶ *In stirpes.* infra ti. j. §. hoc etiam addēdū. in fi. contra Solu. ut ibi.
b ¶ *Ex altero.* sic infra e. §. fi. sic. ff. de inof. test. l. Papinianus. §. proinde si ex duobus. sic & C. de suis & legit. l. ne potes.
c ¶ *Ex duobus filiis præmortuis.*
d ¶ *Ex altero.* s. filio.
e ¶ *Vnus.* scilicet nepos.
¶ Cum autē. Casus. Quærebatur, an quo quo mō ex prædictis quis decedat intestatus, attendatur idē tēpus quo ad suitatē, & ui debat quòd nō, quia si requiritur patria ptās, q̄ñ volumus inspicere an q̄s sit suus: si quis moriatur, clarū est φ post mortē nō hēt filios in potestate. cōtrarium dicitur, quia satis est patria potestas tēpore mortis: quia ad illud tēpus retrotrahitur ex dispōne. l. Nō φ an quis sit suus. inspicitur tēpus destituti testamenti. Itē quòd nepos cōcept⁹ tpe mortis aui, q̄uis natus post mortē, dicitur suus, secus in cōcepto & nato. Itē φ ille, quē filius emancipatus adoptauit, nō est īter liberos aui. Itē quòd qui non pōt petere hæreditatem ut agnatus & cognatus, non potest petere bon. pos. Itē quòd hic est text. quòd emancipatus & adoptiuus nō est suus, & probatur optimè in illis verbis hæc de suis hæredibus qui tex. quòd uiderim nō est ab alio ponderatus.] † *aliàs potest.*
f ¶ *Cum autem.* Eo diligēter notato qui sunt sui hęredes, nūc no. quo tempore quæren- † *aliàs ex.* dum est qui suus hæres sit. † *aliàs deserto.*
g ¶ *Certum est.* supra eodem §. ita demum contra Solut. ut ibi dixi.
h ¶ Sine testamento, quod contingit vij. modis, vt supra eod. in princip. diximus.
i ¶ *Quod accidit.* scilicet ut videatur quis sine testamento decessisse.
K ¶ *Filio mortuo.* s. exhæredato.
l ¶ *Non potuit.* morte præuentus, ut supra eod. §. ita demum.

placuit, nepotes neptesve, itē pronepotes, pronepotesve in parentis sui locum succedere, conueniens esse visum est, non in capita, sed in stirpes [a] hæreditatem diuidi: vt filius partē dimidiā hæreditatis habeat, & ex [b] altero filio duo pluresve nepotes alterā dimidiā. Item si ex duobus [c] filiis nepotes neptesve existant, ex altero [d] vnus [e] fortè aut duo, ex altero tres aut quatuor: ad vnū aut duos dimidia pars pertineat, ad tres vel ad quatuor altera dimidia.

¶ Condito testō quod postea destituitur, ille dicitur propinquior qui tempore destituti testi est p̄ximior, etsi nascatur post mortē illius, de cuius hæreditate agitur: dūmō fuerit conceptus in vita eius. Aret.

¶ Cū aūt quæritur, an q̄s suus hæres existere † possit, eo tpe q̄rēdū ē, quo certū [g] ē aliquē sine [h] testō decessisse: qđ accidit [i] † & testō † destituto. Hac rōne si filius exhæredatus [9] fuerit, & extraneus hæres institutus, & filio mortuo [k] postea certū fuerit hæredē institutū ex testō nō fieri hēdē, aut q̄a noluit eē h s, aut q̄a n̄ potuit, [l]

nepos auo . ſuus hæres exiſtet: qa quo tpe certū ē inteſtatū deceſſiſſe patrēfamiliàs, ſolus [a] inuenitur nepos,& hoc certum [b] eſt. Et licet poſt mortē aui- natus ſit,tñ auo viuo conceptus, mortuo [c] patre eius, poſteaq́; deſerto [d] aui teſtō,ſuus hæres efficitur Planè ſi & cōceptus & natus fuerit poſt mortem aui mortuo patre ſuo,deſertoq́; poſtea aui teſtō, ſuus hæres auo nō exiſtet:quia nullo iure cognationis patrē ſui patris † tetigit. [e] Sed nec ille eſt inter liberos aui,quē filius emācipatus adoptauit. Hi āt [f] cū ſi ſint ſui(quātū ad hæreditatē)liberi,neq;bonorū poſſeſſionē petere poſſunt, quaſi proximi cognati . [g] Hæc de ſuis hæredibus.

¶ **Emancipatus, de iure ciuili ſeo gnitus ad ſucceſſionē parentis ſ uenit : Prætoris tñ beneficio per bonopoſſeſſionē vnde liberi perinde admittetur,ac ſi in eius poteſtate māſiſſet . Are.**

¶ Emācipati āt liberi iure ciuili nihil iuris hñt, (ne

a ¶ *Solus*.ſ.ſuus hæres.

b ¶ *Certum* eſt.ſ.nepotem ſuum hæredem eſſe,cum nullus præcedat eū vt ſupra eo.§.j

c ¶ *Mortuo*. Anteq̄ adeatur ex teſtamēto hæreditas.Vnde cōſtat nō tranſmitti ad filiū de inofficioſo querelam, immo ēt adita non tranſmittebat olim, ſed hodie cōtra, ut C.de inof.teſta.l. ſcimus. §. fina. & l.ſi quis filiū.ibi. ¶ Adde quòd cōcluſio huius gl. limitatur in hæreditate aſcēdentis,ſm cōmunē opi. in d.l.ſcimus §. fi.C. de inof. teſt.Itē in filio exhæredato, ſm Ang. in l. nā & ſi. ff.de inoſ.te. Itē ubicunq; non potuit pparari , Iaſ. in l.cū mota. C. de tranſa. Item quo ad extraneos.d.§.fi.Item quando tales liberi eſſent ſui.gl. in verbo hæredes in l.ſi quis affirmauerit.ff.de dol . Item niſi eſſent hæredes,Pau.in l. ſi quis filium.]

Querela inofficioſi an poſſit ad hæredē tranſmitti.

† *aliàs attigit.*

d ¶ *Deſerto* . ſcilicet ab hęrede qui non vult adire .

e ¶ *Tetigit*. Nec enim fuit proximus cognatus ei , ſcilicet auo uiuo,quo uiuo nondum animal erat, vt.ff. vnde cog.l.j. §. ſi quis proximus. Sed nunquid hodie per authē. ſuccedit,ut in authē. de hære.ab inteſt. veni.§.j. col.ix. *P*. dicit q̄ ſic, quia naturalis cā m̄ ſpectatur . Io. cōtra, † quia nec de iure prætorio, quo caſu naturalis inſpiciebatur , ad mittebatur, ut ſequitur, ut infra eo. §.emancipati.& ff. d̄ ſuis & legi.l. Titius.& l.pen.

† *Sequitur Fa . An .*

ADDITIO. Et hæc eſt cōmunis op\[i\]n. vt per *Ioan*. Fab.& p An.

f ¶ *Hi autem*. Scilicet concepti & nati poſt mortem aui.

g ¶ *Quaſi proximi cognati*.i . tanq̄ agnati . nam agnati ſunt proximiores q̄ cognati . Nunquid ergo tertio ordine inter cognatos uocantur? Reſpō.M. quòd ſic, ut ff.eo.l. j.in fin. Ioan.contra. quia ibi de cōceptis prius natis poſtea loquitur, ſecus ſi poſtea concipiuntur & naſcūtur. ut hic(j)& ff.de iniuſto rup. teſtament . ſi quis filio . §. non fuiſſe .

ADDITIO.(j) Et hæc communiter tenetur,quę bodie procedit , quando filius fuit ritè & iuſtè exhęredatus,nec ſecuta aditio, iuxta gl . ſingula.in § . exhęredatos in authen.

de hære.& falci. aliàs virtute transmissionis bene admittitur, ut per Io. Fab. & Ang.

¶ Emancipati autem. Casus Non figuratur, quia recitat ius prætoriū. Ius enim ciuile non cognoscebat, q a erat solutum vinculū ciui le patriæ po testatis: sed quia prætor naturalē æquitatē sequitur, & ipsi filii nō desinūt naturaliter esse filii, ut alias fuit declaratū, ideo eos ptor admisit. No. q de iure. ff. & C. usq; ad tēpora Iusti. emancipati reputabant ex tranei, & non succedebant. Item no. consequentiā: nō sunt sui, quia desierūt esse in potestate. Item ptorē moueri naturali æquitate. Itē quòd de iure prætorio admittuntur sui & emancipati simul.

ꝗ;.n. sui hæredes sūt† quia[a] ī ptāte desierūt parentis eē) neq; vllo alio iure[b] p l. xii. tab. vocant. Sed Prætor nāli æquitate motus, dat eis bonorum possess. Vñ liberi perinde ac si in ptāte parentis tempore mortis fuissent: siue soli sint, [c]siue cū suis hæredib.[d] cōcurrāt. Itaq; duobus liberis extātib. emācipato uno, & eo: q tēpore mortis in ptāte fuerit sanè q dē is, qui in ptāte fuit, sol iu re ciuili h[r]s ē & sol[9] hæres sed cū emācipat[9] bñ cio Prætoris in partem admittitur, euenit ut suus hæres pro[e] parte hæres fiat.

¶ Filius emācipatus, & postea arrogat' ab alio, nō pt venire ēt de iure ptorio ad hæredi tatē patris naturalis, nisi añ mortē suā fuerit emāci patus ab arrogatore. Siverò emā ciparet post mor tem naturalis patris, haberetur vt extraneus quo ad hæreditatem vtriusque Are.

¶ At ii,[f] qui emā cipati à parēte ī adoptionē[g] se dederūt, non admit tunt[h] ad bona naturalis patris qua

[d] ¶ Cum suis hæredibus. scilicet cum aliis qui remanserunt in potestate.

[e] ¶ Pro patre. s. dimidia, ut. ff. de uerbo. sig. nom en filiarū. §. portionis.

¶ At ii qui. Casus Non figurabit aliter, cum reci tetur ius antiquū hodie correctū. No. igitur emancipatus, qui de iure ciuili habebat pro extraneo, & admittebat de iure prętorio, si dabat se in adoptionem, carebat beneficio prętoris, cum distinctione de qua in hoc tex. Itē quòd adoptiuus emancipatus ab adoptante ē penitus loco extranei. Item q dictio, nihilo magis, hic stat proprie. Item quòd sicut uoluntas captatoria reprobatur ex testamētoita ab intestato.

¶ † At ii. uocant emācipati ad successionem patris: sed non omnes & hoc sequitur. at ii &c.

[a] ¶ Emancipati. Quia bona ratio, ut supra de here. quali. & diff. §. sui, & supra eod. §. j. ibi, sui autem. &c.

[b] ¶ Neque ullo alio iure. scilicet neque ut patroni, neq; ut agnati, quos uocat lex xij tab. ut infra titu. j. in prin. & infra de success. liber. in prin. aliud è contra. ut infra ti. j. §. fin.

[c] ¶ Soli sint. Scilicet emancipati.

[g] ¶ Adoptionem. idest arrogationē.

[h] ¶ Non admittuntur. ff. de contra tab. l. iij. §. si quis filio. contra. Solu. ibi non valuit adoptio, secundum Ioan. sed hic valuit. Vel distingue an detur extraneo, ut hic, an detur in adoptionem nepos ex filio emancipato patri eiusdem, ut ibi, argu. supr

ſupra de adoptione.§.ſed hodie. Adde quòd glo.erratſecundũ Io. Fab. & Ang.hic iõ declara vt p eos. Item.C. de adop.l. penul.§. ſed ſi quidem.quæ eſt contra.Solu. illam intellige vt infra eodem. §. admonendi.

ſuccedunt, vt ſupra proximè, & ff. vnde libe.l.prima. Si autem emancipati paret ſuccederent filii, ut ſupra proximo.§. & ſic in eius poteſtate eſſet ad quem bona naturalis patris pertinerent: quod eſt abſurdum & contra regulam iuris vt hic, & ff. de hæredib. inſti.l. illa in ſtitutio.



a Cum iis. ſcilicet pater naturalis. *aliàs fuerint.*

b Viuo eo. Scilicet patre naturali.

c Ab ipſo. Scilicet patre naturali.

d Fuiſſent vt ſupra de exhere. libe. §. emancipatos.

e Extraneorum. Si autem mortepatris adoptiui facti eſſent iuris ſui durat agnationis ius inter eos, ideſt, inter adoptiuum & naturalem filium adoptantis non emancipatum, vt ſi

ſi liberi: ſi modo, cũ is[a] moreretur, in adoptiua familia † ſint. Nam viuo[b] eo emancipati ab adoptiuo patre, perinde admittuntur ad bona naturalis patris, ac ſi emancipati ab ipſo[c] eſſẽt necvnquã in adoptiua familia fuiſſent:[d] & conueniẽter, quod ad adoptiuũ patrẽ pertinet, extraneorũ loco eẽ incipiũt. Poſt mortem verò naturalis patris emancipati ab adoptiuo patre, & quantũ ad hunc adoptiuum patrem pertinet, æquè extraneorum[e] loco fiũt, & quantum ad naturalis patris bona pertinet, nihilo magis liberorum gradum nanciſcuntur. Quod ideò ſic placuit, quia iniquũ erat eſſe in poteſtate patris adoptiui,[f] ad quos bona naturalis patris † pertineãt: vtrum ad liberos eius,[g] an ad agnatos.[h]

¶ Naturalis emancipatus, de iure prætorio retinet gradum liberorum, adoptiuus non, & nullo iure ſuccedit hoc dicit.

ADDITIO. Item quia tunc videtur auferre ius quæſitum agnatis, quod eſt inconueniens. Et ex his nota, ꝙ † neque ex teſtamento, neque ab inteſtato poteſt eſſe uolũtas captatoria. Angelus. *aliàs pertinerent.*

f Minus ergo iuris. Caſus. Quæſitum fuit, an æquiparentur naturales & adoptiui emancipati, & uidetur quòd ſic ea ratione, quia quaſi etiam reſpectu iuris habentur pro eiſdem, ſupra de adopti. per tot. & idem operatur fictio in caſu ficto, quod veritas in vero. Contrarium reſpondetur ex ratione expreſſa in text. emancipatio enim iuris ciuilis vinculum tollit, non naturalis. Not. quòd plus iuris habent naturales quàm adoptiui. Item ꝙ naturales emancipati, quamuis iure ciuili gradum liberorum

ibi ſuccedat, vt. ff. de gra.co.l.ſi filiũ naturalem, & ff. vnde cogna.l.j.§. cognationem.& de adop.l.antepen. M.Item & ipſi adoptiuo patri ſuccedunt, vt infra eo.§.ſed ea.

f Adoptiui. poſt emancipationẽ, non prius, ut ſupra eodem.§. primo. ver. nec intereſt.

g Eius. ſcilicet naturalis patris.

h Ad agnatos. Nam ſi non emancipat, certum eſt, quòd filii non ſuccedunt naturali patri, & ita agnati

berorū amittāt, de iure prætorio eis reseruatur, quod secus est in adoptiuis. Itē φ ius ciuile nō tollit naturale. Itē φ iura sanguinis deleri non possunt. Itē quòd emancipatio est actus ciuilis sicut adoptio.] desinunt esse filii uel filiæ. ¶ Eadem hęc Casus Querebatur an idem obseruaret in bo.pos. contra tab. & videtur quòd nō, pp iniuriam à parente factam in præteritione, ob quam mouet ptor. cuius cōtrariū dicit ex eadem rōne, q̄ multo magis militat in causa testati q̄ intestati. No. φ cōtra tab. dat' præteritis, nō exhæredatis. Itē φ ille est pteritus, qui vel nō est institutus, vel est institutus sed nō rite. Itē quòd bo.pos. cōtra ta. inducta est ēe pro filiis in ptāte. Itē φ ptor non admittit ad cōtra tab. emancipatos existentes tpe mortis ī aliena familia. Itē φ ad cōtra ta. uocantur filii, q. de iu.ciui. solēt uocari, & eo ordine secundū Angel. quod tamen non probatur hic, sed potius quod iis, quibus prætor subuenit ab intestato, subuenit facto testamento.] S Y L.

Minus [a] ergo iuris habent adoptiui filii, quàm naturales. Nanq; naturales [b] emancipati, beneficio Prætoris gradū liberorū retinēt, licet iure ciuili perdant: adoptiui, verò emancipati, [c] & iure ciuili perdunt gradū liberorū, & à Prætore non † admittuntur [d] & rectè. Naturalia.n.iura ciuilis rō [e] perimere non pōt: [f] nec quia desinūt sui hæredes esse, possunt desinere filii filiæve, aut nepotes neptesve esse. Adoptiui verò emancipati [g] extraneorū loco incipiunt esse: [h] quia ius nomenq; filii filiæve, quod per adoptionē cōsecuti sūt, alia ciuili ratione.i. emancipatione perdūt. ¶ Filius legitimus & naturalis in ptāte, vel emācipatus, hēt Contra tabulas de iure ptorio, si sit pteritus: nisi fuerit in adoptiua familia tunc temporis, adoptiuus verò secus. Ang. ¶ Eadem [i] hæc obseruantur, & in ea bonorum possessione, quā contra tabulas testamenti parentis liberis præteritis, id est, neq; hæredibus institutis, [k] neque, vt

† aliàs adiuuantur

a¶ *Minus ergo iuris.* Quia naturales emācipati iure prætorio uocantur, sed adoptiui emāci pati non, ut supra proximo. §. ergo &c. b¶ *Naturales.* & legitimi. c¶ *Emancipati.* ab adoptiuo patre. d¶ *Non admittuntur.* Nisi sint de suis: q̄a auus adoptauit nepotem in filium, & postea emancipauit, ut, ff. ad tertu.l.ij. §.adoptiui. e¶ *Ciuilis ratio.* Idest, emācipatio, quæ de iure ciuili est, vt.ff.de regu.iur.actus. f¶ Non potest, sic s̄ de leg.agnat.tut.§.fi.sic.ff.de reg.iu.nihil tam. g¶ *Emancipati.* ab adoptiuo patre, & post mortem naturalis, ut supra. §.proxi.ver.post mortem. h¶ *Incipiunt esse.* No. φ si emācipetur filius vel filia, uel deinceps, non sunt sui hæredes, non tamen

i¶ *Eadem.* Quæ obseruantur in bonorum pos. Vnde liberi, & in contra tabulas bonorum pos. seruantur. k¶ *Institutis.* His enim institutis non datur hæc bonorum possessio, nisi

Præteritur quandoq; cōmittit e dictum.

nisi preteritus rumpat testamentū & huic scilicet instituto viam aperiat:& hoc est quod dicitur,nisi præteritus committat edictum, ut ff.de cōtra tabu.l.3.§. siquis ex liberis.] si autē præteritus nolit vti, postquā semel agnouit institutus habet Contra ta. iure suo.& secundum tabulas quod est mirabile:nec ex pectat prateritum, ut ff. de contra tabu. l. si post mortem §.fi. & de le. præstan l. non nunquam. ¶ Adde quòd verior ē opi. contraria & communior, quòd non sit necessaria petitio,.& probatur conclu denter in d. l. nonnunquam, & in l.non putauit. §.à. primo ff.de contra tabu.]

†Immo idem est etiam si repudiat vt est casus in l. nominum quā .ff. de l.præstand. Ange.

sthumo.in 4.col.C. de contra tab.] c¶ In potestate.Emācipatis cōpitentibus edictum:nō alias, secundū Mart,vt ff.de cōtratab.l.3.§. si quis ex liberis.Sed Ioan.contra ,nā nullū dicere possunt, & contra tabu. suo iure habent, (j)vt ff. de lega. præ.l. si duo. & C.de lib.prete.maximum Accursius.

ADDIT.(j) Dic ut l. is qui i potesta te.ff.de lega. præstan.nam vt hic ē tex. clarus, licet pro emancipatis prætor adinuenerit, bon.po. quia erat eis necessariò, non tamen voluit eam denegare suis:immò concessit in casu quo uoluit, vt dictis

oportet,[a] ex hæredatis, [b] Prætor pollicetur. Nam eos quidē, qui in ptāte[c] mortis tēpore fuerint & emancipatos, vocat Prætor ad eandē bonorum possessionē eos verò,qui in adoptiua familia fuerint per hoc tps, quo naturalis pa rēs moreretur,repellit. [d] Itē adoptiuos liberos emācipatos ab adoptiuo patre,sicut nec ab intestato,ita lōgē minus cōtratabulas testī,ad bona ei admittit.qa desinūt in numero li berorū eius esse.

¶Licet filius emancipatus adoptatus non possit venire ad bona patris naturalis per Vnde liberi, vel Vnde agnati, venit,tamen per Vnde cognati, hoc dicit.Ang.

¶ Admonēdi[e] tn̄ sumus,eos,q̄ inadoptiua familia sūt,quepost mortē naturalis parētis ab adoptiuo patre emācipati fuerint,intestato

a ¶ Vt oportet. Scilicet masculi nominatim;fœminæ inter ceteros,ut supra de exhære.li.§.j.

Matris præteritio habetur pro exhæredatione. SVL.

b ¶ Exeredatis.Cū ergo matris preteritio pro exhæredatione habeatur ut supra de exhæred.libe.§.ul.cessat ibi Contra tab.bon.pos.ut ff.de contratab.illud §.ad testamenta.

¶ Adde,q; assignat ratio in §.ad testamēta.q declaranda est vt p gl.aliter non esset vera:hodie vero, si mater ptereat sine insertione causæ,habēt Cōtra tabul.sicut ius dicēdi nullū,fm cōmunē sniam,ut p Ias.i l.po

a d contra tab. iurib.quia vocantur non uocantur de iure ciuili,ut l.j.§. uocantur.ff.de contra tab. Ang.

d ¶ Repellit.s.prætor,nisi sint instituti,& eis cōmittatur edictum,ut ff. de contra tab.non putauit.§.in adoptione & §.ut aūt. Itē contra.ff.de contratabul.l.iij.§.si quis filio. Solu.ut supra eod.§. at ij. Accursius.

Admonendi tamen. Casum non expedit figurare,quia ista verba veniūt ad declarationē eorū, q̄ dicuntur in §.at ij.No.summariū.Itē qualiter procedat successio pretoria.]

e ¶ Admonendi tn̄. Licet hos duos quí sequūtur,nō admiserim de iure ciuili.

ciuili, ut supra eo. §. at ij. tamē admonendi sumus, idest admonemus &c.
a ¶ *Ad bon. possess.* §. Vnde liberi.
b ¶ *Emancipati.* Qui sunt sui per prętorem, ut supra eo. §. emancipati.
c ¶ *Legitimos* . i. agnatos, ut j. titu. j. i. reson.
d ¶ *Proximos.* Sic. ff. si ta. te sta. l. j. sic ff. quis or. i bo. pos ser. l. j.
¶ Sed ea oīa. Casus. Non si gurat, qa §. hic ponit correctionē Iusti. ratio. enī dubitandi erat ius antiquū, ratio verò decidendi ponitur ī ver. inuenimus. Not. ꝙ filius datus in adoptionē extraneo retinet iura patris naturalis. Itē ꝙ † alias tertio. adoptatus ab extraneo ei succedit ab intestato. Item ꝙ adoptatus ab extraneo non habet remedium contra testm̄ patris adoptiui, si praeterea tur vel exhęredatur: ratio assignatur in tex. Item ꝙ necessitas exhæredandi & instituēdi prouenit ex sītate. Itē ꝙ adoptatus ab ascēdētib. transit hodie in potestatē sicut de iure antiquo. Itē ꝙ duo uincula arctius ligāt. Itē ꝙ arrogatus transit in ptātem arrogantis, & ei succedit.]
e ¶ *Sed ea omnia.* Quæ supra eo. §. at ij. dicta sunt & supra proxi.
f ¶ *Aliquam.* quasi dicat quędā correximus, quædam retinuimus.

parente naturali mortuo, licet ea parte edicti, qua liberi ad bono.[a] posses. uocantur, non admittantur, alia tamen parte vocari. s. qua cognati defunctivo gnati defunctivo cant. Ex qua parte ita admittūtur si neq; sui hæredes liberi, neque emancipati[b] obstēt, neq; agnat[c] qdē vllus īteruēniat. Añ. n. Prætor liberos vocat tā suos hæredes, q emācipatos: deinde ītimos[c] hære des, † deinde pxi mos[d] cognatos.

¶ Adoptatis ab extraneo hodie nō trāsit in ptāte suā: & ideo nec querelā hēt, neq; Cōtratabulas: licet ab intestato succedat: sed quo ad patrē naturalē vetera iura seruātur, nisi fuerit adoptat[a] ab ascēdēte nāli. h. d. Ang.

¶ Sed ea oīa[e] qdē antiquitati placuerūt: aliq[f] aūt emēdationē à nr̄a cōstitutione[g] acceperūt, q sup iis psonis† cōposuimus, q à patribus suis naturalib.[h] in adoptionē aliis dant. Inuenimus etenī nōnulos[i] casus, ī quib. filii & naturaliū parētū successionē pp adoptionē amitte banr, & adoptione facile peremācipationem soluta,[k] ad neutrius[l] patris successionem uocaban.[m]

g ¶ *Constitutione.* Vt C. de adop. l. penul.
h ¶ *Naturalibus.* & legitimis. Accur.
i ¶ *Nonnullos.* Id est, aliquos. Accursius.
k ¶ † *Soluta.* † *Ista glo. non Accur.* Scilicet post mortem: secus si ante, vt supra eodem. §. at ij. Accur.
l ¶ *Adneutrius.* † *aliàs exposuimus.* Vt supra eodem. §. uer ij. Accursius.
m ¶ *Vocabantur.* Hoc idem videtur etiam contingere hodie in casu, quem habemus infra eodem § ver. nostra autem C. de adop. l. penul. §. sed hoc. Sed dic, quòd auus adoptans tenetur ei relinquere quartam, vt filio arrogato, ut infra eod. §. in uer. nostra ibi, quemadmodum &c. *Adoptans & nus quit tā relin*

¶ Attende quia loquuntur in arrogato. non enim redit in casu illo ad successionē patris naturalis aliquo mō, quia iam alteri quæsita est hęreditas. *SYL. quit adoptato.*

Hoc ſolito more corrigẽtes, cõſtõ nẽ^a ſcripſimus, ꝑ quã definiuimus, qñ perẽs naturalis filiũ ſuũ adoptandum alii dederit, integra oĩa iura ita ſeruari, atque ſi in^a patris naturalis ptãte ꝑ manſiſſet^b nec penitus doptio fuiſſet ſubſecuta: niſi in hoc tantummodo^c caſu vt poſſit ab inteſtato^d ad patris adopti ui venire ſucceſſionem. Teſtamẽto aũt ab eo^e facto, neq; iure ciuili,^f neq; prætorio,^g ex hæreditate eius aliquid perſequi põt, ne que contra tabulas bonorum poſſeſſione agnita, neq; inoffici oſi^h querela inſtituta: cum nec neceſſitas patri adoptiuo imponatur, vel hæredem eũ inſtituere, vel †exhæredatũ eũ facere, vt pote nullo vinculo naturali copulatũ: neque ſi ex Sabiniano ſenatuſcõſulto^i ex tribus maribus fuerit adoptatus. Nã & ĩ huiuſmodi caſu neq; quartaei ſeruaẽ, nec vlla actio

tas, & quia pater teſtatus eſt rite, nec debet decipi.]

ADDIT. Sed hanc reprobat gloſſ. in dicta.l. penulti. quia vbi deſtituitur omni remedio, ſibi imputet, qui ſe emancipari permiſit.

a. *Conſtitutionem*. Scilicet prædictam.

b. *Permanſiſſet*. Nunquid ergo nõ permanſit? Reſpon. immò permãſit, vt ſupra de adop.§. ſed ho die. Sed hoc dicit referens do ſe ad factum.q.d. ac ſi de iure & de facto in eius familia per manſiſſet.

c. *Tantummodo*. Nunquid eum in ius uocabit ſi ne venia? Itẽ nunquid alimenta tali filio dare tenetur? Reſpon. non, per hanc literam, ut ſupra de adoptio.§. ſed hodie. † P. dicit contra.

Adde quo ad veniam, ꝙ tenetur petere, quia non poteſt negari ꝙ ei nõ debeatur reuerentia: & licet non ſit in poteſtate, non obſtat: patet in matre: ſed quo ad alimenta non tenetur patet in verſi. tantummodo. Nec ratio Ioa. Fab. obſtat, quia acquirit naturali patri.

d *Ab inteſtato*. Id eſt, ſimul cũ alijs naturalib. vt C. de ſuis & legiti. ſi te. nõ tñ ſuccedit alijs cõſanguineis ſui patris adoptiui, vt C. de adop. l. pen. §. ſed ſi quidem. in fi. Accur.

ADDITIO. Hoc verum de iure nouo, ſecus de iure antiquo ut ff. de adopti. l. qui in adoptionem.

e. *Ab eo*. Scilicet adoptiuo patre.

f. *Neque iure ciuili*. Quia non eſt in poteſtate ſua.

g. *Neq; prætorio*. Quia non eſt emãcipatus, ab eo, vt ſupra de exhær. libe. in princ. & §. emancipatos, & §. fin.

h. *Inoffiicioſi*. ſupra de inoffi. teſtamen. §. tam autem contra. Solu. illa intelligitur ſecundũ diſtinctionẽ huius §. vt ibi dicitur.

i. *Sabiniano ſenatuſcon*. Quod nõ habem^9: ſed dicebat, ꝙ tres iuuenes arrogãti offerebanẽ, ut vnum eligeret, quo caſu magna erat hæc ſolẽnitas: vñ ex conſtitutione diui Pii quartã ei dabat arrogator: qđ hodie nõ ẽ in vſu: immò idem hoc caſu, vt & aliàs, vt hic, & C. de ado. l. pen. §. quę aũt.

ADDITIO. Alcia. lib. parer. 4. c. 3. legendum putat, Tribus manibus quaſi tribus mancipationibus. Non viderat ſcilicet Theophilum, qui adoptionem ex tribus maribus docet fuiſſe, quũ quis tres filios mares habe-

† Opio- nẽ iſti- us glo. cõtra P. appro- bat An gel. hic quo ad primã q̃õnem diſtin ctè licet Io. Fa. videatur ſta- re cum P. Item quo ad ſecundã niſi ope- raretur ipſi pa- tri ado- ptiuo, arg. l. in rebus §. com- muni. vel niſi pa- ter na- turalis egeret, & ado- ptatus non ha- beat vn- de ſe ali- re poſ- ſit ar. l. 2. ff. de lib. agn.

† aliàs exhæredem facere.

mentum, vt ff. de acquiren. hæredit. ſi ſolus, in fin. i. reſpon. & in fine l.

Additio. (j) Dic ꝙ in hæreditate pars deficiens accreſcit etiam inuitis. Fallit primo, ſi iure ſpeciali deficiat. Itẽ ſi ope exceptionis. Itẽ ſi iure diuerſo ſuccedat. Item in pluribus partibus prouenientib⁹ ex pluribus hęreditatibus, etiã ex eodem teſtamento, ſecundũ Ang.

† *Aliàs & licet ante deceſſerint quàm adierint ad &c.*

† *Aliàs vnde cognati.*

a ¶ *Ante deceſſerint.* quàm accreſceret eis. Vel dic, antequàm illi repudiarent: vel antequam adirent illorum portionem: non autem antequam ſuam partem adirent: immò adiuerant, vt ſequitur: aliàs nõ tranſmitterent olim vel hodie, vt C. de caducis tollendis, §. in nouiſſimo, niſi in perſonis liberorum, vt C. de iis qui ante aper. tab. l. prima.

SYL. ¶ Intellige ſuccedentium aſcendentibus, vt ibi.]

Additio. Hoc verum in hæreditate aſcendentium ex vtraque linea, non in hæreditate tranſuerſalium vel extraneorum: quia non adita ad poſteritatem non tranſmittitur. Suus tranſmittit ad quoſcunque etiam extraneos. dic ut per Angelum.

b ¶ *Pertinet.* Scilicet augmentum ſupra dictum, vel portio illorum.

¶ De ſucceſſione cognatorum.

Continuatio. ¶ Continuatur per iſtum textum in principio ad præcedentia. Vel ſic & clarius: Supra de ſucceſſione ſuorum & agnatorum dictum eſt: verũ quia poſt illos vocantur cognati, ideo ſequitur de ſucceſſione cognatorum. Porcus.

illorũ portio: † & ſi ãtedeceſſerit,[a] ad hæredes tamẽ eorũ pertinet.[b]

¶ De ſucceſſione cognatorum.

¶ Poſt ſuos & agnatos vocantur cognati de iure prætorio: qua parte veniant emancipati agnati niſi ſint frater & ſoror cõſtituti, q̃ veniunt cũ agn. Ar.

POſt ſuos[c] hæredes, eoſque quos iter ſuos hæredes Prætor[d] & cõſtõnes[e] vocãt,

Diuiſio. POſt ſuos. ¶ Totus iſte titulus diuiditur in tres partes. Primò, quãdo cognati admittantur, & quo iure. Secundò, qui ſunt cognati. Tertiò, uſq; ad quotũ gradũ cognati & agnati admittunt. Secunda ibi. (Qua parte.) Tertia ibi. (Hoc loco.)

SYL. ¶ Caſus Nõ figurat: quia procedit tradendo regulam tota in materia ſucceſſionũ: dubitandi tamẽ ratio poterat eſſe duplex: altera, ꝙ agnationis ſucceſſio fundata eſt in nobilitate & dignitate familiæ, §. ſi cęterũ ſupra de legi. agn. ſucc. cognatio autẽ ſup iure naturali, & naturali cõiunctione: ideo videbatur præferenda. cuius contrariũ factum eſt: quia antiquo iure eſt magis habitus ille reſpectus q̃ naturæ, licet malè, vt in L. maximũ vitium. C. de liber. præte. Alia ratio poterat fundari ex tex. in auth. de hære. ab inteſta. §. j. vbi fit æquiparatio agnationis & cognationis. ſed hoc non poterat facere dubitationẽ in hoc tex. quia non erat, cũ ſit Ius nouiſſimum, ſecundum quod corrigit totus hic titulus. Ideò doc. ſicco pede pertranſeunt. No. ordinẽ ſucceſſionum. Itẽ ꝙ fratres, quãuis emancipati, connumerabantur etiã inter agnatos ex l: Anaſta. Itẽ ꝙ capitis diminutio tollebat agnationẽ tanquam vincullum ciuile, & per cõſequens hæreditatem & ſucceſſionẽ ex illo capite.]

c ¶ *Suos.* vt ſupra de hęre. quæ ab inteſta. §. primo.

d ¶ *Prætor.* Vt ſupra de hære. quæ ab inteſta. §. emancipati.

e ¶ *Conſtitutiones.* vt ſupra de hæredi.

redi. quæ ab intest. §. j. ver. necnon. &. §. item vetustas. ver. diui.
a ¶ *Agnati*. vt supra de legi. agna. succ. in principio.
b ¶ *Et ij*. Scilicet qui sunt de numero legitimorum.
c ¶ *Senatuscõ sultis*. vt supra proxim. duobus titul.
d ¶ *Constitutio*. vt supra de legi. agna. succe. §. hoc etiam.
e ¶ *Proximos*. Scilicet quos nemo cognatus antecedit vel præcedit, siue vnus sit, siue plures: & inspicitur quis proximior sit eo tempore, quo bonorũ possessio defertur, vt ff. eodem l. prima. §. proximus, &. §. gradatim.
f ¶ *Cognatio*. Nunquid ergo inter seruos datur hæc bonorum possessio? Respon. etiam si fiat postea liber, non datur, vt ff. eo. l. j. §. pertinet. & l. is qui. Sed nunquid adoptiuis, scilicet quia non videtur ibi naturalis causa? Respond. sic: quia quibus agnoscitur, & cognascitur, vt ff. eodem l. j. §. cognationem. Accur.

ADDITIO. Sed hoc nõ obtinet iure nouo. Vide supra de hæreditatibus quæ ab intestato. §. at ij. versic. post mortem. in fin. Ioan. Fabr. & Angelus.

† *Aliàs quorum in numero.*

& post legitimos († quo numero sũt agãti[a], & ii,[b] quos in locũ agnatorũ tam supradicta senatuscon.[c] quàm nostra erexit constitutio[d]) proximos[e] cognatos Prætor vocat: qua parte naturalis cognatio[f] spectatur. Nã agnati capite diminuti, quiq; ex his progeniti sũt ex lege xii. tabularũ inter legitimos non habentur,[h] sed à Prætore tertio ordine[i] vocantur: exceptis[k] solis tantũmodo fratre & sorore emancipatis, nõ ẽt liberis eorũ, quos[l] lex Anastasiana[m] cũ fratribus integri[n] iuris constitutis vocat quidẽ ad legitimã fratris hæreditatẽ, siue sororis: non æquis tamen partib[o], sed cum aliqua diminutione,[p] quam facile est ex ipsis constitutionis verbis colligere. Aliis verò agnatis inferioris grad[o], licet capitis diminutionem passi non sunt, tamen anteponit eos, & procul dubio cognatis.[q]

g ¶ *Quinque*. Breue debet esse illud, que.
h ¶ *Non habentur*. vt supra titu. j. §. sciendum.
i ¶ *Tertio ordine*. Nam sunt quatuor ordines succedendi, vt ff. si tabulæ testa. nullæ ex l. j.
k ¶ *Exceptis*. Nam isti inter legitimos numerantur.
l ¶ *Quos*. Scilicet fratres emancipatos & sorores.
m ¶ *Lex Anastasiana*. Quam non habemus, sed de ea habetur mentio. C. de legi. tu. l. iiij. & de leg. hæred. l. final. §. primo. Accursius.
n ¶ *Integri iuris*. idest, non emancipatis.
o ¶ *Diminutione*. tertiæ partis forte.
p ¶ *Eos*. s. fratres emancipatos. Accursius.
q ¶ *Cognatis*. Scilicet anteponit: & sic vocantur cum fratribus, & aguatis, & cognatis vlterioribus præferuntur.

¶ Eos ẽt. Casus. In prima parte tex. non figuratur cum notissimum sit ius cognationis in transuersalibus esse: sed in secunda parte dubium faciebat, quia adoptionis vinculum ciuile est: vnde non poterat acquirere ius cognationis, qđ naturale est: ideo

Ideo non videbat, quod efficerentur cognati alicui etiam parenti, quia cognationem facit natura, non voluntas. Contrarium tamen respondetur: hoc tamen secundum intellectum Angel. qui intelligit hunc text. vt efficiantur cognati etiã patri adoptãti; sed secundum intelle. Christopho. qui intelligit vt vocentur scilicet per. Vnde cognatiad successionẽ patris naturalis, prædicta ratio non obstat sed cõuenit, quia vinculũ inter patrem naturalem & filium, quamuis transierit in alienam familiã per adoptionẽ; & ita intelligit gl. in ver. liberi, dum allegat. §. admonendi. supra de hæredi. quæ ab intesta.]

a ¶ *Eos etiã.* Non solum agnatos capitæ minutos vt supra &c.

b ¶ *Tertio gradu.* Scilicet cognationis.

c ¶ *Liberi.* vt supra de hęredi. quæ ab intestato. §. admonendi.

ADDIDIO. Hoc hodie immutatum est, vt habetur. C. de adoptioni. l. penultim. Angelus.

d ¶ *Eodem gradu.* Scilicet tertiò, puta cognationis.

¶ Transuersales per lineam fœmininam, & liberi in alterius familia adoptiua existentes, vocãtur ex isto ordine. Arec.

¶ Eos etiam,[a] qui per fœminini sexus personas ex transuerso cognatione iunguntur tertio gradu[b], proximitatis nomine Prætor ad successionem vocat. ¶ Liberi[c] quoque, qui in adoptiua familia sunt, ad naturalium parentum hæreditatem hoc eodem gradu[d] vocantur.

¶ Vulgo quæsitus non habet agnationem, sed cognationem: ideo succedit matri & aliis ex sua linea descentibus isto ordine.

¶ Vulgo quæsitos, nullos haberem agnatos manifestum est: cum agnatio à patre sit, cognatio à matre: hi autem nullum patrem habere intelliguntur. Eadem ratione nec inter se quidem possunt videri consanguinei esse: quia consanguinitatis ius species[e] est agnationis. tantum ergo cognati sũt sibi,[f] sicut & matri cognati sunt. Itaq;[g] omnibus istis ex ea parte competit bo. pos. qua proximitatis noie cognati vocantur.

¶ Agnati vsq; ad decimum gradũ, cognati vsq; ad sextum succedũt, incluso filio sobrini. Ang. Aret.

¶ Vulgo. Casus. Non figuratur, quia text. assignat rationem decidendi, & dicit nullam esse rationẽ dubitãdi, ibi manifestum est. Nota. collige vt per Angelum. SYL.

e *Species est.* Nam agnatio genus est, consanguinitas est illa, quæ inter fratres tantum est, vt ff. de suis & legi. l. 2. §. Rñ. & supra de legit. agnato. succeslo. §. primo. *Agnatio & consanguinitas differũt.*

f ¶ *Cognati sunt sibi.* sic. ff. eodem. l. si spurius.

g ¶ Itaque omnibus. inter se & cum matre, vt ff. vnde cognat. hac parte.

¶ Hoc loco. Casus. Non figuratur in regula, cuius ratio est maior fauor debitus agnationi & familiæ, quàm cognatio SYL.

¶ De gradibus cognationum.

¶ Omnis agnatio est ifra, aut supra aut ex transuerso & superior & inferior incipit à primo gradu: ex transuerso verò incipit à secundo gradu.

Hoc loco necessariũ[a] ẽ exponere, quemadmodum gradus[b] cognationis numerentur. Quare in primis admonendi[c] sumus, cognationẽ aliã supra numerari, aliam infra, aliam ex transuerso,[d] q̃ ẽt à latere dicitur. Superior cognatio est parẽtũ iferior liberorũ: ex trãsuerso fratrũ sororũve, & eorũ q q̃ve ex his generãtur: & conueniẽter patrui, amittæ auunculi, materteræ. Et superior qdẽ & ĩferior cognatio à primo gradu ĩcipit: at ea, q̃ ex trã suerso numeratur, à secundo.[e]

¶ Ponit personas primi gradus tã ascendendo, quã descendendo.

Diuisio. Hoc loco. ¶ Iste titulus diuiditur in plures partes. Primò cõtinuat materiam. Secundò incipit dinumerare gradus. Tertiò dat vnã regulam generalem in gradibus ad cognatos. Quartò ponit, quomodo numerentur gradus agnatorum. Secunda ibi (Quare in.) Tertia ibi (Hactenus). Quarta ibi (Agnatiõis.) ¶ Necessariũ est. Casus. Non figurabitur in hoc titulo: quia procedit per viam regulæ & declarãdo terminos. Not. triplicẽ lineam. Item ꝙ duę primæ à primo gradu, tertia verò transuersalium incipit à secundo gradu, qui gradus primus est respectu transuersalium.]

a ¶ *Necessariũ*. Sed qd ad nos de his? Respond. propter hęreditates, quæ per gradus deferuntur, & turelas, & propter testimonia non dicenda, vt ff. eod. l. iurisconsultus. SVL.

¶ Adde, item propter matrimonia, propter iudicium iniuriarum ex l. Cornelia. l. lex Cornelia. ff. de iniur. quæ computatio quo ad matrimonia abrogata est. quo verò ad hæreditates & tutelas attenditur etiam in terris ecclesiæ & inter personas ecclesiasticas, secundum communem sententiam in l. fi. C. de succ. edic.] SYL.

b ¶ *Gradus*. Quid sit, dic vt infra eo. §. hactenus.

c ¶ *Admonendi*. Sic ff. eod. l. j.

d ¶ Aliam ex transuerso. Hæc superflua videtur, vt ff. eodem stemmata. cõtra. Solut. ibi in directa linea tantum loquitur, hic in indirecta.

e ¶ *A secundo*. Sed quare non à primo? Respon. cum ego patri meo sim in vno gradu, & ipse pater fratri meo in alio, sumus ergo in duobus gradibus ego cũ fratre facto ascensu ad patrẽ quasi per quẽdã gradũ, vt ff. eodem. lege iurisconsultus. §. grad⁹. (j) sed nullus ex transuerso proximior fratre inuenitur, ergo non potest inueniri primus gradus à latere, vt hic, & ff. eodem. lege prima in princip. *Cognatio trãsuersalis quarendo incipit primo gradu.*

ADDITIO. (j) In plano enim de iure ciuili non est gradus: & iterum à parte descendis ad filium, & est secundus gradus. de iure autem canoni. non ascenditur ad stipitem, immo per saltus etiam in linea plana fit computatio, vt per Angel.

a ¶ Primo. Pater, mater. Si pater est mihi in primo, & ego sibi in alio primo, ergo sumus in duobus.

Respon. Non sequitur: nam sum ei in primo, ita quòd in eodem. & inter me & ipsum vnum tantum gradum facimus ad similitudinem fenestræ: nam duæ columnę ex lateribus vnam faciunt fenestram: tertia etiam adiecta fiet alia fenestra: & ita in gradu persona adiecta etiam vna deinceps facit gradū, vt infra eod. §. hactenus. ADDITIO. Nota hanc glosam, quòd ad faciēdum vnum gradū primum non sufficit ponere vnam personā: sed duę personę primæ faciunt vnum gradū: quo primo gradu facto ex duabus personis, vnaquæq; persona sola, quę postea adiungitur, facit alium gradū ad similitudinem fenestræ quia necessario ad perficiendum vnam fenestrā requiruntur duæ columnę, postea vnaquæque columna superaddita facit aliam fenestram. Angel.

b ¶ *Filius filia*. Qui licet multi sint omnes sunt patri in primo, inter se autem in secundo, vt ff. eodem, lege iurisconsultus. §. transeamus.

c ¶ Secundo gradu. Ex transuerso. nunc de hoc gradu incipit, cum nemo ex hoc ordine in primo gradu inueniatur, vt ff. eodem. lege prima in prin.

d ¶ Tertio gradu. Ex transuerso. Nota. caute, quod etiam illi, qui sunt ex transuerso, diuiduntur in superiorem & inferiorem lineam: & sic reperies in sequentibus gradibus, & quandoque in parentibus, vt infra eodem. §. quarto.

e ¶ *Græcè*. † Patradelphos, vt clarè patet ex textu, dicitur frater patris: & mitradelphos frater matris: & vterque potest dici theios. Similiter patradelphi est soror patris, mitradelphi verò soror matris: & vtraque theia dicitur.

a ¶ *Quarto gradu* Nepos. Hoc inferius respicit.

b ¶ *Patruus magnus*, hoc refertur ad

¶ Primo gradu ē supra pater,[a] mater: infra filius,[b] filia.

¶ Auus & aliæ personæ hic enumeratæ sunt in secūdo gradu. Areti.

¶ Secundo gradu supra auus, auia: infra nepos, neptis: ex transuerso[c] † frater, soror.

¶ Proau & aliæ personæ hic positæ sunt in tertio gradu cognationis. Angel.

¶ Tertio gradu supra proauus, proauia: infra pronepos, proneptis ex trāsuerso[d] fratris sororisque filius, filia: & cōuenienter † patruus, amita, auunculus, matertera. Patruus est frater patris, qui græcè[e] † πατράδελφος appellatur. Auunculus est frater matris, qui græcè † μητράδελφος dicitur. Et vterque promiscue θεῖος appellatur. Amita ē patris soror, quæ græcæ πατράδελφη appellatur: matertera verò matris soror, q̄ græcè μητράδελφη dicitur: & vtraque promiscue θεία appellatur.

¶ Qui distat à stipite per tres personas vel gradus, tam in linea ascendenti quam descendenti directo, est in quarto gradu: sed in linea transuersali, si distat per duas personas. Angelus Aretinus.

¶ Quarto gradu supra abauus,

† Aliàs frater et soror.

† Aliàs patruus et amita, et auunculus, et matertera.

† Aliàs πατρῷος.

† Aliàs μητρῷος.

† Sunt qui tenent istā gl. nō esse Accur.

ad superiorem lineam transuersalē. ¶ *Item auunculus magnus*. hic autem constat, quòd qui est mei patris patruus, mihi erit magnus patruus: qui meæ matris auunculus est, mihi erit magnus auunculus. Sed quid si erat patruus matris meæ, vel auunculus mei patris? Respon. Ioan. omnem illum mihi esse patruum vel auunculum magnū, qui est meo patri vel matri simplex, vt ff. eodem l. iuriscon-sult. §. patruus. & C. de successori. edict. l. prima Sed Roma. contra. d ¶ *Quinto gradu*. filius filia. Isti nominatiui respgunt superio res genitiuos ab illo versiculo, item fratris &c. Et sunt omnes isti in quinto gradu lineæ collateralis respectu descendentium. e ¶ *Propior sobrinus*. quā appellāt si dicat, qui filius dicitur proprior sobrinus, & quæ filia dicitur propior sobrina. ADDITIO. Vel dic & forte me-lius sensum textualem esse, ꝙ propior sobrinus & ꝓpior sobrina sunt in q̄nto gradu: & qui sint tales, declarat tex. subiungens, hi sunt patrui &c. Est enim proprior sobrinus filius patrui magni vel amitę magnæ: & idem dicas de propriore sobrina, quòd scilicet sit filia &c. vt clare patet in arbore. Qui aliter intelligeret, arborem corrūperet. ¶ Glos. male exponit, & text. seipsum declarat, dū dicitur, hi sunt. Sobrini sunt, qui è duobus consobrinis generati eo nomine accepto, nascuntur at si alter sine liberis sit, alter habeat, ille huius filiis proprius sobrino est: sobrini vero mei filius sobrino

† *Aliàs nepos, ne ptis.*

† *Aliàs ex fratri bus pgenerātur aut sororibus.*

Patruus patris ē mihi patruus magnus.

† *Aliàs adaunculus, adauia* SYL.

† *Aliàs propinquus sobrinus propinqua sobrina.*

abauia: infra abnepos, abneptis: ex transuerso fratris sororisque † nepos[a] neptisve: & conuenienter patruus [b] magnus, amita magna, id est, aui frater & soror: item auunculus [c] magnus & matertera magna, id est, auiæ frater & soror: consobrinus, consobrina, id est, qui, quæve † ex sororibus aut fratribus procreantur. Sed quidam recte cō sobrinos eos proprie dici putant, qui ex duabus sororibus progenerantur, quasi consororinos: eos verò, qui ex duobus fratribus progenerantur, proprie fratres patrueles vocari: si autem ex duobus fratribus filiæ nascuntur, sorores patrueles † appellari. At eos, qui ex fratre & sorore progenerantur, amitinos proprie dici putant. Amitæ tuæ filii consobrinum te appellant, tu illos amitinos.

¶ **Atauus, & atnepos, & aliæ personæ hic enumeratæ sunt in quinto gradu. Angelus.**

¶ Quinto gradu supra † atauus, atauia infra atnepos atneptis: ex transuerso fratris sororisq; pronepos proneptis: & conuenienter propatruus, proamita, id est proaui frater & soror, & ꝓauunculus, & ꝓmatertera. i. ꝓauiæ frater & soror: itē fratris patruelis, vel sororis patruelis cōsobrini & cōsobrinæ amitini & amitinæ filius[d] filia: † proprior[e] sob in[s] propior sobrina:

adiicit:[a] vt lōge[b] facilius sit respōdere quoto[c] gradu quisque sit, quàm propria cognationis appellatione quenquā denotare.

¶ In gradibus agnationis & cognationis similis est computatio.

Et quia facilius ostenditur res ad oculum corporalem quā intellectualē, iō necessariū est hic arborē cōsanguinitatis īscribi. Ang. Are.

¶ Agnatiōis quoque gradus eodē modo [d] numerantur. Sed cum vellemus vlteri9 numerare, nō vtilitatis: licet decretistę hic aliter dicāt.

bus intermediis, à quibus ipsi procedunt, dempto stipite, quo sunt personæ, tot sunt gradus: & ita teneas quia regulæ verissimæ sunt, & quæ præstant facilem intellectū graduum, & eorum computationis.] ADDITIO. Idem in statutis & pactis, vbi de pacto nō agitur, secundū Ange. hic. Et nota hāc gl. quæ allegatur quotidie, ꝙ in concernentibus peccatum præualet ius canonicum etiam in terris imperii, & econtra in non concernentibus peccatum præualet ius ciuile etiam in terris ecclesiæ, vt per Angel.

a ¶ *Adijcit.* Hic potest colligi diffinitio gradus, vt dicatur: Gradus est numeratio singularum personarum cognatione vel affinitate sibi coiunctarum, quoto gradu vna persona distat ab altera, optimè indicans. Dictus quasi lapideus gradus, vt ff.eo. l.iurisconsultus.§.gradus. Accursi.

BYL. ¶ Glo. malè loquitur, quia numeratio est actus numerandi, non genus, & gradus non est actus numerandi. Item dum ponit verbum, gradus, in diffinitione, cum illud sit diffinitum: Vnde dic gradum cognationis, quantitatē esse ꝓpinquitatis, qua personę cognatæ inuicem distinguunt.] ADDITIO. Gradus secundum docto. aliter diffinitur. Gradus est distantia vnius personæ ab alia in linea consanguinitatis. Vel est habitudo distantium personarum, quā cognoscitur quota agnationis, vel cognationis, seu affinitatis distantia.

b ¶ *Longe facilius fit.* Propter duas rationes: & quia vltra trinepotem vel tritauum vocabula non inueniuntur specialia, sed superiores & inferiores vocantur, vt ff.eod.l.fin.§. parentes. & quia sunt plura negocia quam vocabula, vt ff. de præscri.verb. l.iiii. Sed vsq; ad quem numerabimus? Respon. vsq; ad septimum cognatorū, & vsq; ad decimum agnatorum, vt ff. eo.l.non facile. & supra tit.i.§.fi. nisi ratione demonstrandi

ADDITIO. Nota, quòd decretistę contrarium dicūt solum in collaterali linea: non autem in directa, vt supra dixi. Si vis ergo scire de duobus agnatis quoto gradu distant de iure ciuili, incipe ab vno, & computa ab illo ascendendo ad personam mediam, ex qua omnes descendunt: & postea descende ab illa vsque ad aliam, quam vis computare, & apparebit quoto gradu sit. Sed de iure canonico incipias à persona, ex qua descendūt personæ, de quarum gradu agitur: verbi gratia vis scire quoto gradu sunt filii duorum fratrum de iure cano. incipe ab auo, & fac vnum gradum ad filium, & de filio ad nepotem ex alio fratre, qui similiter est in secundo gradu. Vnde quoto gradu quilibet distat à stipite, tali gradu sunt inter se: remotior aūt addit gradū vt in c.ad sedem.xxxv.q.v.Angel.

c ¶ Quoto gradu. s. octauo vel dcimo

d ¶ Agnationis. Eodem modo. Scilicet adiecta persona.

Sed de iure ciuili incipimus ab vno ex istis de quibus agitur, extēdēdo ad stipitē, & ab eo iterū descendendo ad aliū; & quoto gradu distat remotior, toto gradu distat inter se, vt hic p docto.

Negocia plura si quàm vocabula.

a Per aures. Vnde Horatius in arte poetica: Segnius irritant animos demissa per aures. Quam quæ sunt oculis subiecta fidelibus.

b Adipisci. Vnde quidam habent hic arborem.


magis veritas oculata fide, quàm per aures[a] animis hominũ infigatur, ideo necessariũ duximus post † narrationẽ graduum eos ẽt præsenti libro inscribi: quatenus possint & auribus, & oculorum inspectione adolescentes perfectissimã graduũ doctrinã adipisci.[b]

Aliàs narrationem.

ADDITIO. Et in veritate esse debet, cum text. & glo. illam requirant.

Figura hęc arborea licet ad decimum deberet gradum agnatorum protendi, aut saltem vsque ad septimum cognatorum, cum vsque ad eum per leges deferantur successiones supra de success. cog. §. fin. & ff. de gradi. l. non facile. eam tamen vsque ad quartum duntaxat gradum impressori persuasimus extendendam, vt & aptiorem posset sedem occupare, & lectoribus quibusque faciliorem fuisse ipsius cognitionem exhibere. Nec idipsam graduum notitiam quoquo pacto impediet: qui enim duorum triumve computationem agnouerit, illam etiam in centesimum vsque gradum & eo amplius (si opus sit) deducere poterit. Quippe semper generata persona gradum adijcit, vt longe facilius sit respondere, quoto gradu quisque sit, quàm propria cognationis appellatione quenquam denotare, dicit. §. hactenus, supra eodẽ. plura enim sunt negocia quàm vocabula, vt ff. de præscriptis verbis. l. quarta.

Sequitur arbor ciuilis.



IIII Abauus Abauia IIII
IIII Propatruus Proamita V
III Proauus Proauia III
IIII Proauun culus Promītera V
IIII Horum filius filia VI
III Patruus magnus Amita magna
II Auus Auia II
III Auūculus magnus Mītera magna
IIII Horum filius filia VI
IIII Horum nepos neptis VII
III Propior sobrinus Propior sobrina V
II Patruus amita III
I Pater Mater I
II Auūculus Mītera III
III Propior sobrinus propior sobrina V
IIII Horum nepos neptis VII
IIII Horū pnepos pneptis VIII
III Horū filius filia VI
I Frater II
I Soror II
II consobrinus consobrina IIII
III Horū filius filia VI
IIII Horū pnepos pneptis VIII
III Horum nepos neptis VII
III Horū filius filia V
II Fratris filius filia III
I Filius Filia I
II Sororis filius filia III
III Horū filius filia V
III Horū nepos neptis VII
IIII Horū nepos neptis VI
III Fratris nepos neptis IIII
II Nepos Neptis II
III Sororis nepos neptis IIII
IIII Horū nepos neptis VI
IIII Fratris pnepos pneptis V
III Pronepos Proneptis III
III Sororis pnepos pneptis V
IIII Abnepos Abneptis IIII

ARBORIS CIVILIS DECLARATIO PECVLIARIS.

GRADVS, lineæ, & consanguinitatis diffinitionibus omissis, sciẽdum quòd numeratio punctorum, qui sunt in cellulis, est numeratio graduum habito respectu ad cellulam vacuam, à qua omnes sumunt nomen, exceptis iis qui per genitiuum nominantnr. Hanc Ioã. And. nomine sui bidelli Petrucium vult vocari. Puncta, quæ superiora sunt, computationem iuris canonici denotant: illa autem, quæ inferiorem locum retinent, computationem ciuilis iuris exprimunt; quod canonico subesse ipsa graduum situatio declarat. Ex prędicta computatione, si diligenter inspicitur, apparet, ꝙ in ascendentium & descendentium numeratione ius vtrunq; concordat; quia in eis persona addita personæ per carnis propagationem gradum adijcit.

¶Vt autem hæc arbor cunctis innotescat, notandæ sunt tres regulæ.

¶Prima: Ascendentium & descendentium quot sunt personæ, de quibus quæritur, computatis intermedijs vna dempta, tot sunt gradus inter eas. Verbi gratia, abauus distat à Petrucio quatuor gradibus; & sic de alijs.

¶Secunda (secundum ius ciuile, cuius tantum gratia hęc arbor fuit hic impressa) talis est. Collateralium in linea æquali quotu gradu quis distat à communi stipite, toto duplicato distant inter se, vel sibi attinent; vt P. & pronepos propatrui distat octo gradibus, cum abauum stipitem facis. Nam secũdum leges quælibet persona gradum facit in collateralibus. Vnde duo fratres duos efficiunt gradus.

¶Tertia; Collateralium in linea inæquali quot sunt personæ (stipite dẽpto) tot sunt gradus. Vnde Petrucius distat à propatruo quinq; gradibus, ab eius filio sex, & sic de alijs.

¶Non inutile forsitan iudicabitur, si quid de computationis diuersitate inter ius ciuile & canonicum subiũxerimus. In legibus ob nihil aliud ipsa graduum mentio facta est, nisi vt hæreditas vel successio ab vna ad alteram personam inter consangnineos deferatur. In canonibus verò ob hoc progenies computatur, vt apte mostretur vsque ad quotam generationem à consanguineorum nuptiis sit abstinendum. Hac ergò de causa, quia hæreditates nequeũt deferri, nisi de vna ad alteram personam, idcirco curauit secularis Imperator in singulis personis singulos perficere gradus: quia verò nuptiæ sine duabus nõ valent fieri personis, ideo sacri canones duas in vno gradu constituere personas. Hæc habentur plenè ca. ij. xxxv. q. v. & ferme per totam illam questionem. Et hoc idem notat hic Christophorus Porcus in versiculo, Circa primum ibi, secunda differentia. & Ioannes And. in declaratione huius arboris.

Multa dies, variusque labos, huiusce parauit
Artis notitiam, quæ modo clarà patet.



CHRISTOPHORI PORCII IN ARBOREM ET IPSIUS INTELLIGENTIAM QVAESTIONES PLVRIMVM VTILES.

PRo declaratione iuris canonici & ciuilis,& etiam intelligentia huius materiæ, & eorum,quæ pertinent ad illam, quædam videnda sunt. Primò, qualiter fiat dinumeratio graduum de iure ciuili,& de iure canonico secundum vtriusque iuris rationum diuersitatem. Secundò,vsq; ad quem gradum deferuntur hęreditates & tutelæ.Tertiò,vsq; ad quẽ gradũ copula matrimonialis impediatur. Quartò, vsque ad quẽ gradum possit Papa dispensare.

¶Circa primum dicite,ꝙ quo ad lineam ascendentem nulla est differẽtia inter ius ciuile & ius canonicũ. vtroq;.i.iure pater & mater sunt in primo gradu ascendentium: & similiter filius & filia descendentium, & sic supra & infra in infinitum: quia in dinumeratione graduum in linea ascendentiũ & descendentiũ vtrunq; ius habuit respectum ad stipitẽ, scilicet ad primum parentem, vt hic, cũ glo.xxxv.quæstio.v.ad sedem. In linea trãsuersali inter ius ciuile & ius canonicum duplex est differẽtia. Prima,quia iure ciuili fratrer, & soror sunt in secũdo gradu, iure canonico sunt in primo. Ratio differẽtiæ sumitur ex regula iuris ciuilis,quę dicit, ꝙ vnaqueq; ꝑsona adiecta nouũ gradũ generat, vt hic in ver. hactenus. vnde cum ego sim inprimo gradu patri meo, si nascatur mihi frater vel soror,ex generatione huius personę causatur nouus gradus,& consequẽter appellatur in secuudo. Sed iure canonico ideo appellatur in primo, quia ius canonicum non considerauit dinumerationem graduum in linea transuersali habito respectu ad stipitem.i.communem parentẽ: sed considerauit ꝙ duo fratres,duę sorores,tribuunt initium lineæ trãsuersali:ideo in primo gradu illius lineæ illos constituit. Secunda differentia est, quia iure ciuili regula traditur, ꝙ in linea transuersali sola persona adiecta facit nouum gradum,vt hic: iure autem canonico pro regula traditur,vt ad causandum nouum gradum duæ personæ requirantur d. c. ad sedem. Ratio differentiæ:quia ius canonicum dinumerat gradus rõne copulæ matrimonialis. Vnde cum ad causandum copulam matrimonialẽ requiratur concursus duarum personarũ,ita ad causandum gradum quo ad eam. Sed ius ciuile dinumerauit gradus quo ad hæreditates & tutelas: vnde cũ tutela & hæreditas defertatur de vna persona in aliam,nimirum si vnaqueque persona generat nouum gradum. Ista fuit ratio post-

ta in d. c. ad sedem. Quo igitur ad inhibendam vel permittendam copulam matrimonialem dinumerabuntur gradus secundum ius canonicum: quo autem ad tutelas & hæreditates deferendas connumerabuntur secundum ius ciuile.

¶ Circa secundum dicite, quòd vsq; ad x. gradum deferuntur hæreditates. & tute. vidistis supra titul.j. §. fin.cum sua glo.& supra de cap. dimi.§.fin. & de legi.agn. tu. in text. & in gloss.

Matrimonium vsque ad quē gradum prohibetur. ¶ Circa tertium dicite, quòd olim erat prohibita copula matrimonialis vsque ad septimum gradum agnationis, vel cognationis inclusiuè: hodie autem est prohibita vsque ad quartum gradum inclusiuè, dinumeratione facta secundum ius canonicum.c. non debet. extra de consangui.& affini.

¶ Sed hic dubitatur. Pone, quòd vnus sit in quinto gradu transuersalium, alius sit in quarto, an impediatur copula matrimonialis? Si inspiciamus personam existentem in quarto gradu, illa impeditur: si inspiciamus personam existentē in quinto gradu, permittitur. Dicite quòd copula est permittenda: quia quotu gradu remotior distat à stipite, eodem gradu distat à quolibet descendente capitu. fina. extra de consan. & affini. Illud tamen est palam, ꝙ inter ascendentes & descendentes est prohibita copula matrimonialis in infinitum. Vnde si Adam viueret, vxorem habere non posset §. ergo, & ibi gl. supra de nup.

¶ Sed quid de gradu affinitatis? Dicite, ꝙ licet olim ratione affinitatis esset prohibita vsq: ad tertium gradum, vt aliqui dixere, veritas tamen hodie est, quòd solum prohibetur quo ad gradum primum, vt not. glo. in c. non debet extra de consang. & affini.

Affinitas an cōtrahatur ex coitu illicito. Sed nunquid per coniunctionē illicitam causatur affinitas? In hoc articulo non parcam in totum verecūdiæ. Archi. 35. qō. iij. c. extra ordinaria. dixit per hanc dissolui matrimonium, & in hoc bene: sed non causari affinitatē propterea, quia affinitas est regularitas personarū ex nuptiis descendentium l. non facile. §. affines. ff. de gradi. vbi ergo non sunt nuptiæ, ibi non causatur affinitas. Sed gl. tenuit contrariū in §. affinitatis. s. de nup. quę communiter com probatur per c. tuę. & per c. Iordanæ & per c. discretionē. extra de eo qui cogn. consan. vxo. suę. Stat igitur cōclusio, ꝙ per illicitam coniunctionē cōtrahitur affinitas. Sed quid si quis non intrauit claustra vuluæ, in circuitu tamē palpitauit, vel seras reserauit, sed opus non expleuit, an con trahatur affinitas? gl. in d c. extraordinaria. dicit ꝙ non. Itē dicit illud, quod: nō dico. Dicit Innoc. quòd ad causandum affinitatē requiritur cōcursus vtriusq; sanguinis: sed tamen causa euitandi peccata, ius canonicū & sancta mater ecclesia in dubio præsumūt ex copula cōcursum vtriusq; sanguinis & maris & fœmine interuenisse c. iuuenis. extra de spōsalib⁹.

¶ Addite prædictis, ꝙ si aliquis promiserit alicui illam accipere in vxorē, postmodum habeat copulā cū ea sine aliis verbis, intelligitur validū matrimoniū extitisse contractū; nec cum alia contrahere posset, sed matrimoniū postea contractū esset dissoluendū. c. is qui fidē. extra de spō.

¶ Circa quartū dicite breuiter, ꝙ in gradu ascendentiū & descēdentium nō posset Papa dispensare, vt copula matrimonialis contrahatur. Non posset. n. Papa dispensare, ꝙ filia patri copularetur. Idē in linea trāsuersali in gradu. j. vnde nō posset Papa dispēsare, quòd frater sorori nubat. Item nec in gradu. ij. linea existente inequaliter. Vnde non posset dispensare, ꝙ neptis patruo nuberet vel auunculo. In linea verò æquali bene posset dispensare, vt cōsanguinea

nea consanguineo copularetur. ita communiter concluditur in c. literas. extra de resti.spo.facit c.gaudemus.extra de diuor.

Matrimoniũ semel cõtractum an possit per papam dissolui.

¶ Sed an Papa posset dispensare, vt matrimonium semel contractũ dissoluatur? Dicite breuiter, aut matrimonium fuit per copulam carnalẽ consummatum, aut non. priore casu non potest, posteriore autem sic: quia primo casu effecti fuere duo in carne vna, secundo verò non. Item quia matrimoniũ consumatum sortitur naturam ex constitutione diuina, contra quam Papa non potest dispensare c. proposuit.extra de concess.præben. Sed matrimonium non consummatum sortitur naturam ex constitutione ecclesię, contra quam Papa bene potest dispensare. ista est glo.ordi.in cap. ex publico extra de conuer. coniuga.

¶ Sed nunquid maritus & vxor possint se separare? Dicite, aut copula non est subsecuta: & tũc quilibet eorum altero inuito potest separare matrimonium per ingressum religionis: secus si copula fuerit subsecuta, nisi vterq; cõcordauerit, quòd vterque pariter intret religionem; vel alter, qui remanet in seculo, sit talis conditionis & qualitatis, quòd nulla suspicio fornicationis sinistra sit, contra eum: vt quia sit ætate confectus. capitu. quidam capit. verum cap. vxoratus. cap. cum sis præditus. extra de conuer. coniuga.

Cognationis spiritualis studiosissimis quibuscunque, præsertim ecclesiasticis, apta & vtilis materia.

CHristophorus Porcus iuris vtriusque professor acutissimus, quia difficultates aliquas circa cognationis spiritualis materiam hic luculenter tractauit, eius mentem verbis ferme non mutatis referre non erit absonum neque à proposito alienum; quæ verba talia sunt.

¶ Quęritur primo, an ratiõe cognationis spiritualis matrimonium impediatur. Circa quem articulum dicite breuiter, quòd inter compatrẽ & commatrem impeditur matrimonium: ac etiam inter patrem spiritualem & filiam susceptam ex sacro fonte; & hoc, si ista cognatio spiritualis fuerit causata siue per sanctũ baptisma, siue per sanctũ chrisma. xxx.quęstio. iiij. cap.si quis vnus.

¶ Addite prædictis, quòd si maritus vel vxor tenuerint aliquem vel aliquam ad baptismum vel chrisma, quilibet eorum efficitur compater vel cõmater d.c.si quis vnus. Et hoc verum, quando tempore cognationis spiritualis contractæ cõstabat inter eos matrimoniũ; secus si ex post facto fuerit contractum cap.martinus extra de cogna.spiri. cum sua gloss. Econtra autem, si tenueris ad sacrũ chrisma vel sanctum baptisma filiũ vel filiam meã ex alia muliere quã vxore, non efficitur tibi commater mea vxor cap.qui spiritualem. xxx. quæstio. iiij. Ratio, quia in contrahẽda cognatione spirituali Maritus & vxor copulant sibi actiones & nõ passiones. Quod igitur agit vnus cõiugum, intelligitur alius agere. quia sunt duo in carne vna dicto capit. si quis vnus.in fin.

Cognatio spũalis an cõtrahatur ex concubinatu.

¶ Quæritur secũdo, si fornicator teneat aliquem ad sacrũ baptisma, an concubina efficiatur commater. Videtur ꝙ sic: nam sicut vxor hoc casu efficitur commater, quia est eadem caro cũ marito, dicto c.si quis vnus. ita dicendum videtur & de concubina; quia qui adheret meretrici, vnũ corpus efficitur cum ea. xxxij. quæstio. iiij. cap. in eo. Alij ibi tenuerũt contrarium; quorũ sententia magis placet; quia absurde dictum videretur, quod spiritualitas super re improbata causaret, ex vtraq; scriptura & hominum opinione. Non obstat, ꝙ concubina & fornicator dicãtur duo in carne vna, quia illa verba

expo-

exponuntur, ideſt duo conueniunt in eodem opere carnali: & ita expo nit glo. in d. cap. in eod.

¶ Sed an vxore mea mortua potero mihi copulare eam, quæ fuit ſibi cō mater ante matrimonium? Dicite ꝙ ſic cap. poſt vxoris obitum, xxx. quæſtio. iiij.

¶ Sed quid de filijs duorum compa truum an poterunt ſimul matrimonio copulari? Dicite quod ſic, ſiue nati fuerunt ante compaternitatem ſiue poſt: dummodo matrimonium non cōtrahatur cum eo vel cum ea, per quorum alterum deuentum fuit ad compaternitatem cap. j. & cap. ſuper eo. de cognatio. ſpiri. Chriſtophorus Porcus iuris vtriuſque doctor acutiſsimus.

¶ Quæritur tertio ad propoſitū materiæ præſentis de quæſtione quotidiana & apud vulgares ſatis dubia. Pone, quòd duo vel plures tenent aliquem in baptiſmo, nunquid iſti inter ſe efficiantur compatres? Innocentius (& bene) dicit quòd non: vn de poſſunt adinuicem cōtrahere matrimonium. Nam quemadmodum compatres carnales, vt concubinarius & concubina, non prohibentur matrimonium contrahere, vt in capi tanta. qui filij ſint legit. ita & iſti, qui ſunt compatres ſpirituales reſpectu baptizati, non debent prohiberi contrahere matrimonium Et pro hoc facit tex. & ibi glo. in cap. 5. xxx. qō. iiij. vbi dicitur, ꝙ maritus & vxor non debent aliquem ſimul de ſacro fonte leuare, ne infamentur de facto: nam vulgares exiſtimant illos eſſe compatres. Hæc ſunt verba Abbatis Siculi in cap. Martinus. de cogna. ſpiritua. de hoc in ſummu la pauperum. Maſculus & mulier puerum de fonte leuantes. Legitimè iungi poterunt, nec ſunt prohibendi.

¶ Quæritur quarto. Pone, ꝙ tenui aliquam puellam in baptiſmo; volo contrahere cum eius ſorore, an poſſum? Dicendum ꝙ ſic: pater enim ſpiritualis ſi copuletur ſorori filiæ ſpiritualis bene tenet matrimoniū, xxx. q. iij. c. vlti. Vnde verſus: Du co meæ natæ germanam ſpiritualis.

¶ Quæritur quinto. Pone, ꝙ filius meus tenuit in ſacris fontibus filiā: volo cum illa filia, poſtquam ad annos nubiles peruenit, contrahere, an liceat? Dic ꝙ ſic. Poteſt enim pater ſumere filiam ſpiritualē filij ſui carnalis, quia licet cognatio ſpiritualis de patre ad filios deſcendat, vt cap. j. & c. ſuper eo. de cogna. ſpiri. non tamen aſcendit de filijs ad patrē, cū iure cautum non reperiatur; & edictum de matrimonio prohibitoriū eſt, adeo quòd cuilibet licet contrahere, niſi expreſſè prohibeatur cap. cum apud. de ſponſa. & matri. Hoc notat Ioannes Teutonicus gloſſator Decreti. in capit. fin. xxx. quæſtio. iij. Hoc idem recitat & probat Ioan. An. in c. j. de cognatio. ſpiritu. lib. vj. Vnde verſus: Eſſe mei nati coniunx mihi ſpiritualis Filia legitimè poterit, nec iure vetatur. Deſcēdunt & non aſcendunt talia vincla.

¶ Quæritur ſexto, an per procuratorem talis cognatio ſpiritualis poſſit contrahi. Pro ſolutione recurras ad Bart. in l. gallus. §. forſitan. ff. de lib. & poſthu. Ad Angelum Aretinum in §. illud ſupra de nup. ad Ioā. And. in regula. poteſt quis per alium. de reg. iur. in vj. & ad Panorm. in capitu. veniens de cogna. ſpi. Deciſionem tamen communem & magis approbatam potes notare per verſus ſequentes: in quibus patet, quòd licet matrimonium per procuratorem poſſit contrahi. capi. fin. de procura. lib. vj. non tamen cognatio ſpiritualis: vnde verſus Procurator habet nodos vincire iugales, Non tamen hos nexus domino dat ſpirituales. Adde ꝙ licet non debeat à principio quis admitti per procuratorē ad contrahendum hanc compaternitatem, ſi tamen admittatur, contrahitur

Cognatio ſpiritualis per procuratorem contrahitur.

¶

Cognatio spiritualis oriturex duobus sacramētis.

Cognahitur ipsa compaternitas, vt tenet Abb.Panormi.in d.c.veniens.

¶ Quæritur septimo ex quot sacramentis descendit cognatio spiritualis. Respon.quod cognatio spiritualis, quæ impedit matrimonium contrahendum, & dirimit post contractum, oritur, & datione duorum sacramentorum duntaxat, quæ sunt baptisinus,& confirmatio : non autē ex aliorum datione seu ministrationem: patet in c.fi.de cogna.spiri.lib. vj.ratio est, quia in baptismo renascimur : & chrismatio frontis ipsum confirmat : quod non est in alijs sacramentis,Io. And.in d.c.fi.

¶ Quæritur octauo & vltimo inter quot personas oritur impedimentū matrimonij ratione cognationis spiritualis. Respon.ꝙ ex hac cognatione xx . sunt casus prohibiti : decem ratione baptismi, & decem ratione confirmationis. Ratione.n.baptismi contrahitur cognatio spiritualis impediens & dirimens,vt dictum est.

¶ Primo inter has personas : Baptizatum & baptizantem : Baptizatū & vxorem baptizantis prius cognitam : Baptizatum & filios baptizantis : Parentes baptizati & baptizantem : Parentes baptizati & vxorem baptizantis prius cognitam.

¶ Secundo inter has personas, videlicet inter baptizatum & suscipientem : Baptizatum & vxorem suscipientis prius cognitam : Baptizatum & filios suscipientis : Parentes baptizati & suscipientē;Parentes baptizati, & vxorē suscipientis prius cognitam . Ecce decem casus prohibiti ratione baptismi . Totidem in confirmatione reperies: in qua sunt confirmatus, confirmans , & tenens ante confirmationem , qui scilicet , ponit fasciolam supra frontem post confirmationē episcopalem : de hoc vide textum cum glos.in capitu. pri mo . de cognatio . spi. libr. vj.

Ista clarissime referantur per carmina sequentia . Gignitur his sacris cognatio spiritualis : Quæ sunt baptismus , ac confirmatio frontis, Personasque decem connectit quodlibet horum. Baptizans, huius vxor si cognita primo, Ac eius nati sunt abluto sociati. Cum consorte thori baptizans, atque parentes.Fonte sacro loti sunt tali fune ligati. Baptizans & suscipiens hic æquiparantur.In confirmato totidem reperire licebit. *Versus.*

¶ Hec nota diligēter quia singularia sūt & plurimū vtilia:nec ē plures casus reperire, q. matrimoniū dirimāt.

¶ De

¶ De seruili co- gnatione.


¶ Filii manumissorum, etiam in seruitute concepti, excluso patrono patri succedunt, & inuicem sibiipsis. h.d.

ILlud certū est ad seruiles cognationes illam partem edicti,[b] qua proximitatis[c] nomine bonorum possessio † permittitur, non pertinere.[d] Nam nec vlla antiqua lege talis cognatio computabatur.[e] Sed nostra constitutione, quam pro iure patronatus fecimus, (quod ius

Cōtinuatio. ¶ De serui li cognatione. ¶Quia supra de cognatione & successione cognatorum libere cōditionis dictum est, nunc quia naturali iure inspecto inter seruos etiā cadit cognatio, & dubitari posset an inter seruos esset successio, iō de seruili cognatione merito subdit. Nec obst. q inter illū titulum de successione cognatorum & istum sit titulus inter, medius de gradibus, qa ex quo pertinet ad materiam horū tit. cōtinuatio nō vitiat l. duos reos. §. fi. ff. de duobus reis Porcus.



ILlud certum. ¶Totus iste titul. diuiditur in tres partes. Primò ponit nunquid serui habeant ius cognationis contractæ in seruitute. Secundò infert ex rationibus prępositis, videlicet quòd nō semper sequitur, q qui prior est in gradu, potior sit in iure. Tertiò illa melius declarat. Secunda ibi (Repetitis.) Tertia ibi (Amotis.)


STL. ¶Illud certum. Casus Non figuratur hic, cum ponatur correctio iuris antiqui, quo dispositum fuerat seruos successores habere nō posse, nec cognationem habere, non tantum dum serui erāt, sed etiam postea eis manumissis, quia iure patronatus omnia patrono quærebantur. Sed contrarium dispositum postea est: quia ipsa cognatio tāquam quid naturale in ipsis seruis esse potest: sed fit impedimentum propter seruitutem effectu ipsius & ab ipsa prouenîente. vnde illa cessante cessat etiā impedimentum; & ideo potest dari

cognatio & successio. No. summariū & alia vt per Ang. hic.]

a ¶Illud. aliàs est hic rubri. de seruili cognatione, aliàs non Accur.

b ¶Edicti. sunt enim iiij. partes successionis ab inte. vt ff. qs or. in bo. pos. ser. l. j.

c ¶Proximitatis nomine. id est, cognationis, vt sequitur, vt ff. vnde cogna. l. j. §. ptinet.

d ¶Non pertinere. sed nec aliam aliquam, vt vel ipse succedat vel ei succedatur, vt C. com. de suc. seruus. nisi in tribus casibus, vt C. ad silla. l. penulti. & C. de suis & legi. l. apud hostes. & C. ad or. l. final.

† Alias promittitur.

¶ Dic secundum Ang. q in d.l.pen. & in l.fin. erat liber legis auctoritate, ne mora alterius libertati noceat in l. apud hostes. illud pcedit fictione postliminij, vt ibi no.] s v L.

e ¶ Computabatur. Hæc videtur mala ratio, cum magis iure prætorio. quod naturalem causam intuebatur, deberet computari, vt supra de hæreditat. quæ ab intesta. §. emancipati. quàm ciuili. Sed dic, quòd etiam ad alia, vt ad tutelas, & similia: nisi quo ad nuptias, vt supra de nupt. §. illud. & ff. de ri. nupt. l. adoptiuus. §. seruiles.

ADDITIO. No. quòd in seruis quo ad matrimonium impediendū etiam post manumissionem dicitur esse cognatio, vt dicto. §. illud. quia etiam dicitur esse affinitas, vt dicto. §. seruiles. Ang.

¶ Sed nunquid dominus ex sui persona succedit cognatis serui? Respō. non, v

hon, vt hic dicitur, Accursi.† ADDIT. Nota ergo non acquiri domino ab intestato sicut ex testamento, & est ratio, quia ius solum defert hæreditatē ab intestato, secundū qđ seruus nihil est l. quod attinet. ff. de regu. iur. sed ex testamēto defert voluntas testantis, quā ius sequitur. Aliud tamen est in monacho & monasterio, vt l. Deo nobis. C. de epis. & cleric.

C. de suis & legitimis l. ex libera. Sol. †hic nouum ius. Vel ibi loquitur, quando nec de facto erat matrimonium.

¶ Hæc glos. semper allegatur, quòd spurius natus in figura matrimonii licet & facto, potest legitimari per subsequens matrimonium, secus si nullo modo etiam de facto erat. de quo per Angel. hic.]

† Hæc nō est bona, quia non apparet ex præsse de correctione vt arg. l. præcipimus, in fi. C. de app. Angel.

vsq; ad nostra tēpora[a] satis obscurū, atq; nubæ plenum, & vndique cōfusum fuerat) & hoc humanitate suggerente cōcessimus: vt si qs in seruili constitutus cōsortio liberum vel liberos habuerit, siue ex libera, siue ex seruilis conditionis muliere: vel contra, serua mulier ex libero vel seruo habuerit liberos cuiuscūq; sexus: & ad libertatem his[b] peruenientibus, ii, qui ex seruili ventre nati sunt, libertatem meruerint: vel dum mulieres liberæ erant ipsi[c] in seruitute[d] eos habuerint, & postea ad libertatē peruenerint:[e] vt hi omnes ad successionem patris vel matris veniant, [f] patronatus iure in hac parte sopito. Hos enim liberos non solum in suorum parentum successionē, sed etiam alterum in alterius [g] successionem mutuam vocauimus, ex il-

a ¶ *Nostra tēpora*. Loquit Iustinianus.

b ¶ *His*. Scilicet parētib⁹.

c ¶ *Ipsi*. Scilicet parētes.

d ¶ *In seruitute*. id est, donec sui erāt.

e ¶ *Peruenerint*. Scilicet parentes.

f ¶ *Veniant*. Aliud si liber factus seruus iterū manumittatur, vt ff. vnde cogna. l. is qui contra. ¶ Secus si restitutus §. seruus. supra de capit. diminus. & declarat glo. in dicta l. is qui.] ¶ Et supra de capit. dimin. §. quod autem. quia est ibi quod sibi imputetur. Sed nunquid etiam iste, qui est in l. is qui hodie succederet ei naturali causa inspecta, vt C. de suis & legitimis hæredib. authen. in successione? Respondeo nō, secundum Ioā. quia prætor natuarlem causam intuebatur, & tamen non vocabat eum, vt dictum est. Item contra.

¶ Vel ibi quo ad honores loquitur, hic quo ad successiones.

g ¶ *In alterius successionem*. id est, parentes liberis, & econtra, excluso patrono: & hoc secundum omnes. Item libertum vnum alteri, eidem fratri suo: & ita frater liberti præfertur patrono: & hoc secundum quosdam, vt hic. Sed Ioannes contra: præfert enim patronum fratri, vt ff. de bonis libe. l. liberto. & ff. de suis & legitimis. l. intestato. & infra titulo primo. §. sed nostra. ver. sin autem fine.

¶ Hæc opi. Ioan. communiter tenetur vt per Ang. hic. ratio est, quia patronus, si legitima ei non relinquatur, habet contra tabu. & potest ipugnare iudiciū liberti, si legitima sibi non relinquatur: quod nō est in fratre. §. soror supra de inof. testa.]

a ¶ *Ex illa lege*. Scilicet supradicta graeca.

e ¶ Repetitio itaque. Difficultatem faciebat in hoc tex. regula generalis tradita in §. si plures supra de leg. agna. succes. vbi habes, quod prior in gradu est potior in successione. sed hic cõtrarium dicitur, quia regula praedicta procedit ceteris paribus, & in iis qui eiusdem sunt ordinis: sed quia causa successionis prima est liberorum, mox ascendentium, tertio transuersalium: nec datur aditus ad secundam causam nisi deficiẽte prima, nõ potest habere locum regula nisi in existentibus in eadem causa successionis: & ita declara loco casus.]

b ¶ *Repetitis itaq;*. Hic §. cõmunis est ad omnes titu. supra hoc libro iij. positos, & idem in sequenti proxi. §. Sic & aliàs supra de succesio. cogn. §. vltimo. & ad orfi. §. fina.

c ¶ *Tradidimus*. A princ. tertij lib.

d ¶ *Enumerauimus*. Vt curiae datos, & emancipatos, vt supra de haeredi. quae ab intest. §. j. & §. emancipati.

e ¶ *Fuerit. nc.* Hoc subdiuiditur.

f ¶ *Ex foemineo sexu*. Qui tamen cum diminutione tertiae partis succedit huius legis tempore supra de haered. quae ab intesta. §. itẽ vetustas, versi. diui. hodie sine diminutione, vt in authentic. de trien. & se §. necnon.

sa[a] lege specialiter eos vocantes: siue soli inueniãtur qui in seruitute nati, & postea manumissi sunt, siue vnà cũ aliis, qui post libertatẽ parentũ concepti sunt: siue ex eodẽ patre, siue ex eadẽ matre, siue ex aliis nuptiis, ad similitudinẽ eorũ, qui ex iustis nuptiis procreati sunt.

¶ In successionibus ab intestato primo vocantur sui haeredes, & ii qui inter suos nominantur, qui etiam remotiori gradu constituti praecedunt omnes ascẽdentes, vel collaterales, etiam proximiores. Atet.

¶ Repetitis[b] itaq; oĩb. q̃ iã tradidimus, apparet nõ semper eos, qui parẽ gradum cognationis obtinent, pariter vocari: eoq; amplius† nec eum quidẽ, qui proximior sit cognatus, semper potiorẽ esse. Cũ .n. prima causa sit suorũ haeredũ, & eorũ. quos inter suos haeredes enumerauimus,[d] apparet, pronepotẽ, vel abnepotẽ defuncti potiorẽ esse, quàm fratrem, aut patrem matrẽq; defuncti cum alioquin pater quidem & mater (vt supra quoque tradidimus) primum gradum cognationis obtineant, frater verò secundum, pronepos aũt tertio gradu sit cognationis, & abnepos quarto. Nec interest in potestate, morientis fuerit,[e] an non, quòd vel emancipatus, vel ex emãcipato, aut ex foemineo[f] sexu propagatus est.

†Alia

¶ Amotis. Casus Figuratio pendet ex ijs, quae supra dicta sunt in §. repetitis itaque.]

a ¶ Amotis. Id est, cessantibus suis. fallit adhuc haec regula. Qui prior est in gradu &cet. infra eodem §. versicul. toties.

a ¶ In–

¶ Post suos vocãtur agnati, & post agnatos vocãtur cognati, proximi exceptis fratrib. & sororibus emãcipatis: qui licet cognati sint, tamẽ cæteros agnatos, vlterioris gradûs excludũt. Aret.

¶ Amotis [a] quoque suis hæredibus, & quos inter suos hæredes vocari diximus, agnatus, qui integrum,[b] ius habet agnationis, etiã si longissimo gradu sit, plerunque[c] potior habetur, quã proximior cognatus. Nam patrui nepos,[d] vel pronepos,[e] auunculo[f] vel materteræ præfertur.[g] Toties[h] igitur, dicimus aut potiorẽ haberi eũ, qui[i] proximiorẽ gradum cognationis obtinet, aut pariter vocari eos, qui cognati sunt, quoties neque † suorum hæredum, quique inter suos hæredes sunt, neque agnationis iure aliquis præferri debeat secundum ea, quæ

a ¶ Etiam ei. s. stipulanti: cuius tamē non interest dari ei, cui fuit stipulatus: nec mirū, quia sibi fuit stipulatus pœnā, vt mō, diximus. & facit. ff. de arbit. l. cū pœna. Sed contra ff. de arbi. l. aduersus. §. sed si cū. Sꝫ ibi nō directo contra arbitriū itur: & ideo inspicit̄ an intersit ēt in pœna: cū ad ea, quæ frequenter accidunt, iura se referant, vt ff. de legi. l. nam ad ea.

SYL. ¶ Referas ad primum responsum d. l. aduersus, quia alia respon. sunt infrequentia.]

¶ Item contra. ff. si quis in ius voc. l. ij. §. fi. Sed ibi in pœna prætoria: hic autem in conuentionali dicit. Vel ibi ideo non committitur, quia non debuit venire: quia aduersarii non intererat, & ita per obliquum illa ratio redditur.

b ¶ Pœnam enim cum stipulat̄. No. ꝙ cautè ponit, stipulat. nam secus est, cū pascitur tm̄; cum pœna ex nudo pacto etiā incontinenti apposito sicut vsura nō possit peti, vt ff. de ser. expor. l. seruus, & C. de vsur. l. iij.

SYL. ¶ Declara, nisi paciscentis statim interfit pecuniariter d. l. seruus. ibi, actūrus vtiliter. vel subsit causa affectionis, secūdū Ang. hic, & de ipsius veritate vide Fortu. in l. iurisgen. §. quinimmò. col. xvii. ff. de pac.]

c ¶ Quæ sit quantitas. i. quæ sit quātitas, & quę sit cōditio. Inspicit̄ conditio, verū sit possibilis, vel probabilis, vel nō, vt supra eo. §. si impossibilis. & infra eo. §. quod turpi. Quantitas vero quæ sit inspicitur, vt quantacunq; sit, petat̄ certi cōdictione, si est certa, aliâs si stipulatio est incerta actiōe, ex stipulatu, vt hic, & ̄s de ver. obl. in prin. Ista. n. noīa, quis & quæ substātiæ sunt significatiua, nō quantitatis. s. certæ vel taxatæ, vel taxandæ, & hoc secundum Azo. Sed cōtra est, ut ̄j de acti. §. oēs. Solue vt ibi. † Itē cōtra. ff. de euictio. l. si dictum. Sed ibi sic agebatur. Itē cōtra C. de spon. l. mulier. §. pe. Sed illud fauore matrimonii, ne in infinitum pœna excedat, vt C. de inuti. stipu. l. ii. Alii, vt M. dicunt vsq; ad duplū, & in hoc consideratur hic quantitas vt duplum nō excedat, secundū eū, vt C. de sen. quæ pro quod inter l. j. Alii, vt Ioan. distinguunt inter eum, qui scienter promittit v tra duplū, cum sciat se non teneri, vt ille teneatur: aliâs non, vt. ff. si quis cau. sed & siquis. §. fina. Aliī dicūt usq; ad quadruplum

Marginal notes: Pene. ii. ⁊. de ma ist. con ven. — Stipulatio alteri facta pōt tribus modis formari. — Pœna ex pacto nō potest peti. — Quis et quæ substantiā significant. — † Dic ꝙ ibi loquitur ī pœna legali, quæ non excedit, quadruplū. sed nos loquimur in pœna cōuentionali, quæ

pōt excedere quadruplū ex dispositione contra - hētiū, mitius. n. agitur cū lege quā cū hoīe ut. l si cū dies. §. fi. & l. seq. ff. de arbit. Christ Por.

druplum semper extendi, & nō plus vt infra de actionibus. §. omnes. Prima verior est. Accursius.

ADDIT. Quę procedit, vbi datio quantitatis non est in obligatione, vt quia promittis datu- rū te centū Titio, ad ea enim agere non possum, & sic facti obligatiōi pœna censetur apposita, secundū Ioan. Fab. & Ang. hic.

a ¶In conditione stipulationis. i. i pœnali stipulatiōe, quę est conditionalis scilicet si non pareat ꝑmissor principali ꝑmissioni. Accur.

b ¶Titio dari, vt promittis Titio, uel mihi quòd dabis Titio.

c ¶Spōdes. scilicet mihi aliàs non valet hoc, ut modo ut diximus. Accur.

d ¶Committitur stipulatio, s. pœnæ eo non dante, nō autem illa inutilis efficitur utilis, sed pœnæ metu & illi statur, vt & aliàs. C. de arb. l. j. Acc.

e ¶Sed & si quis. Eius. s. stipulantis.

f ¶Cessit. Sic supra de satis. tut. §. ii. aliàs. iii.

g ¶Tenet obligatio. Nam utilis actio pupillo datur, vt. ff. de ma. conue. l. j. §. pe. Item ipsi stipulanti directa acquiritur, vt hic dicitur.

ne[a] stipulationis Ergo si quis ita stipuletur, Tertio[b] dari? nihil agit. Sed si adiecerit pœnā, Nisi dederis, tot aureos dare spondes?[c] tunc cōmittitur[d] stipulatio.

¶ **Stipulatio, q̄ detur ei, cui dari mea interest, tenet. Aret.**

¶Sed & si quis stipuletur alii, cum eius[e] interesset, placuit stipulationē valere. Nā si is, qui pupilli tutelam administrare cœperat, cessit[f] administrationē contutori suo, & stipuletur rē pupilli saluā fore: quia interest stipulatoris fieri qđ stipulatus ē, (cū obligatus futurus ē ēt pupillo, si malè res gesserit) tenet obligatio.[g] Ergo & si quis procuratori suo dari stipulatus sit, habebit vires[h] stipulatio. Et si creditori suo quis stipulatus sit, q̄[i] sua interest, ne fortè vel pœna cōmittatur, vel ꝑdia distrahantur, q̄ pignori data[k] erāt, valet stipulatio.[l]

¶ **Promissio facti alieni ñ valet, nisi apposita sit pœna. h. d. Angel.**

ADDIT. Hæc glos. est falsa. Cū enim plures tutores unum eligunt administratorem, is pupillo satisdat, rem saluam fore. l. si plures. ff. de administ. tut. Quando verò datis fideissorib⁹ administrare cœperunt, qui cedit administrationē, is stipulatur rē pupilli saluā fore, & sibi † actionem acquirit non pupillo, cui iam ipse satisdedit. † Alias scit.

h ¶Habebit vires. Interestenim mea procuratori meo solui q̄ in rem meā expendit, vt infra man. §. tua gratia & mandantis.

i ¶Quod sua interest. q. i. quia Accur.

k ¶Data. Ab isto qui nūc stipulatur.

l ¶Valet stipulatio. Non vt procuratori vel creditori actio competat, sed qui stipulatus est aget actione ex stipulatu ad interesse, quanti sua interest creditori uel procuratori fuisse solutum, ut C. de inutil. stipulationi. l. fin. & ff. de verborum obligatio. l. liber homo. §. fin. & C. de donatio. cum res. Vel secundum nos aget certi condictione ad interesse, quod probauimus supra quib. mod. re contra. obliga. in princip. Accursius.

SYL. ¶ Versa vice. Casus figuratio pēdet ex dictis in §. alteri.& nihil notandum est vltra summarium.]
a ¶ Versa vice. Ad superiorem .§. alteri.

ra vel conditionali,omnia ad hoc reducũtur, an ex tali stipulatione tũc interest.& valet: aut interesse speratur:& attenditur euentus ille,ex ratione huius tex.

b ¶ Pœnam. sed & tũc ad pœnam tantum tenet.& facit supra e. §.si quis aliũ.
¶ Item nemo. Casus Non figurat nisi literaliter::ratio aũt decisiõis est, quia stipulationes inuentæ sunt, ut quisq; stipuletur qđ sua intereſt. §.alteri.supra eodem.stipulari autem qđ meũ est, mea non intereſt, cum nõ possit amplius effici meũ. No. nihil est vltra summarium.] † aliàs stipulatus est.

¶ Versa vice,qui alium facturum promisit, videtur in ea esse causa, vt non teneatur, nisi pœnam [b] ipse promiserit.

¶ Nemo potest stipulari rem suam. Angel.

¶ Item nemo rē suam futurā, [c] in eum casum, quo sua sit, vtiliter †stipulatur.[e]

¶ Dissensus ĩ corpore viciat stipulationem. Angelus.

¶ Si de alia re stipulator senserit, de alia promissor, perinde nulla contrahitur obligatio, ac si ad interrogatum responsum non esset:veluti si hominem Stichum à te quis stipulatus fuerit, tu de Pamphilo sensferis,quem Stichũ vocari credideris. [f]

¶ Si de alia re. Casus. SYL. Quærebatur si ab altero ĩ stipulatione esset erratũ, verba autem sint apta ad concipiendā stipulationē, vtrũ valeat: & videbatꝫ ꝙ sic, quia cum forma verborum clara sit & ipsa stipulatio ex verbis ipsis sententiam capiat, valere videtur. cuius contrarium deciditur: quia cũ deficiat consensus in illo, quòd verè ꝓmittitur, quis uerba ipsa aliud indicent, non potest conuentio subsistere.No.summarium.]

c ¶ Item nemo Futuram. Vt partum ancillæ, vel fœtum animaliũ suorũ, quæ sua futura sunt, vt supra de rer. diui.§.item ea. Item multo magis si stipuletur rem,quæ nunc est sua, ut supra eodem.§.j.
d ¶ Quo sua sit. Hoc ideo,quia in eo casu,quo sua futura nõ est,valet stipulatio, vt ff.de verb. oblig. si rem meam. Accursius.
e ¶ Stipulatur.s.dari. Et est ratio,q̃a quod suum est,amplius suũ fieri nõ potest, ut infra de actio.§. sic itaq; restitui tamen possum stipulari, vt ff.de ver.obliga.nemo.j.respõ. & ff. de vsufru. quemadmodum cau.l.prima.§.sed quod diximus.
SYL. ¶ Adde ꝙ quãuis docto.variè distinguant de datione & possessione pu-

f ¶ Crediderís. Hoc est verum,quando certũ est eos dissensisse, ut.ff.de verb. oblig. continuus.§.j.aliàs autem si põt secundũ vtriusq; intellectũ ualere, ualet secundũ intellectũ promissoris,vt.ff.de verbo.obli.qui ex pluribus.&.l. stipulatio ista. §.eũ qui.† Nec obstat ꝙ dicitur minorē pstari debere, ut.ff.de legat.j. apud Iulianum.§.scio.quia minorest,quā dare vult promissor, vt infra de act. §.præterea. Si autem secundũ vnius intellectum tantum ualere potest, secundum eius intellectũm ualet,ut Hodie dare mihi Bononię decem promittis? si enim de hac Bononia, in qua sumus, intelligatur, ualet: aliàs

† Nisi fauorabilius esset secundũ stipulatorem interpretari. in ambiguis. ff. de reg. iur.

aliàs non, ut. ff. de verbo. obliga. l. quoties in stipulationibus. & de rebus dub. l. quoties. ij.

SYL. ¶ Quod turpi. Casus In tam manifesta regula nō figuratur, quia tex. seipsum exemplificat. Not. ꝙ stipulatio concepta ex turpi causa præterita uel futura nō ualet. Item ꝙ promissio facti turpis omnino est inutilis.]

a ¶ Promissum est. Siue dicā. Promittis homicidium facere? siue dicam, Promitto decē quia promittis facere homicidium. ut. ff. de verborū obligationibus. l. generaliter.

¶ Stipulatio turpis, vel ex turpi causa descendēs, non valet. hoc dicit. Angel.

¶ Quod turpi ex causa promissum est, veluti si quis homicidiū, vel sacrilegium se facturum † promittit, non valet.

† aliàs promiserit.

¶ Stipulatio conditionalis transit ad hæredes stipulatoris & promissoris. Aret.

¶ Cum quis sub aliqua conditione stipulatus fuerit, licet ante cōditionem decesserit, postea existente conditione hæres eius agere [c] potest. Idem est & ex promissoris parte.

¶ Qui promittit certo tempore dare, non potest conueniri, nisi totus terminus sit elapsus.

¶ Dic, ꝙ ratio specialitatis est, quia cum pactum dotis remaneat nudū (debet enim intelligi, vbi sine stipulatione ꝓmissio facta est) producat aūt actionem non ꝑ se, sed auxilio legis, non est mirum, si tūc lex nolit ipsam actionē producere, & quamuis hodie tale pactum habeat stipulationē, hoc est fictio ne iuris, quæ cessāte æquitate non habet locum. si verò esset facta per stipulationē, tunc secundū Bar. non habet locum ille tex. cuius opin. mihi placet ex rationib[9] suis. SYL.

b ¶ Non ualet. Huiusmodi enim conditiones turpes, impossibiles præsumuntur à iure, vt ff. de condi. instit. l. si filius. vnde non valet stipulatio vt supra eodē. §. si impossibilis. Circa quod tamen dic, quòd aut ipsum quod promittitur, est turpe: vt facere homicidium: & tunc non ualet, nec etiam pœna apposita, ut ff. de verbo. obliga. generaliter. & l. veluti. & l. si plagii. idē dico & si sub conditione turpi, vt hic. Aut si honestū promittatur, sed tamen turpiter: ut dare decem, sed per metum, vel per dolum: & tunc ualet promissio facta sed exceptione eliditur, vt C. de in uti, stipula. l. dolo. nisi in casu, ubi ipso iure non ualet promissio facta ꝑ metum, ut. ff. quod metus causa. l. si mulier. §. si nos. secundum Ioannē.

stipulatio an uitietur propter turpitudinem.

Cum quis. Casus figuratio elicitur ex ea, quam posuimus in §. ex conditionali. supra de verbo. oblig. Not. quod spes futuri debiti actiuè & passiuè transmittitur ad hæredes tam stipulatoris quàm promissoris ex stipulatione conditionali.]

c ¶ Agere potest. Hoc in cōtractibus vt hic, & supra de verborum obli. §. ex conditionali. aliud in relictis, ut C. de cadu. toll. §. sin autem aliquid. & ff. de man. testa l. si ita scriptum fuerit. in fi. l. Et facit ad hunc §. ff. de peri. & com. rei vend. l. necessario §. quòd si pendente. j. respon.

SYL. ¶ Qui hoc anno. Casus. Dubitationem faciebant quę habent supra de verb. obli. §. at si ita. de stipulatione annua: decidēdi rō est, quia tempus hoc est appositū gratia promissoris: vñ necesse est, vt trāseat ad eius beneficium

¶ Qui hoc anno[a] aut hoc mése dari stipulatus est, nisi oibus partib. prætetitis[b] anni vel mensis, non rectè petet.

¶ Promissori datur tps habile ad soluendū. Aret.

¶ Si fundū dari stipuleris, vel hominē, nō poteris cōtinuò agere, nisi tm̄ spatiū præterit, quo traditio fieri [c]possit.

¶ De fideiussor.

¶ Fideiussor ē, q accessoribus obl. ad maiorē cautē lā creditori. An.

neficium. In secundo casu dubitationem faciebat tex. in §. omnis. supra de verbo. oblig. ibi confestim peti potest. decidendi ratio est æquitas, quæ non præsumit aliquem venisse cum sacco paratū. No. collige per te quia facilia.] a ¶ *Qui hoc anno*. Id est, qui stipulatus est his verbis, Promittis hoc anno, vel hoc mense? Et not. q iste. §. est lex. ff. de verb. oblig. & incipit, qui hoc anno.

Solutio quando fiet si hoc anno promissum sit.

b ¶ *Præteritis*. Id est, elapsis, sed secus est in relictis, fauore vltimæ voluntatis: nam in capite anni præstatio fit, vt C. quando dies lega. ced. l. prima. Vel distingue: aut promittit per hæc verba, hoc anno. vel quolibet anno. & tunc in fine anni fit solutio, vt hic, & ff. de verborum obli. qui hoc anno. & l. eum qui certam. ¶ Aduerte in exemplo de quolibet anno, quia tunc idem est, ac si singulis annis sit promissum: quo casu tempus interpretatur appositū gratia multiplicandæ obligationis.]

SYL. ¶ Aut annum, & tunc in capite anni fit solutio, siue legatum sit, siue in contractu fiat repromissio, secundum Ioan & B. vt ff. de condi. & demonstra. li l. in annos. & ff. quando dies leg. ced. nec semel. Vnde versus. Annua si debes, tunc inspicies caput anni. Anno si debes, in fine tenebris anni. Sed quid si vsque ad forum rem promiseris? Videtur, quòd statim incœpto foro possit agi, ut ff. ad Trebellia. lege qui filium. §. Sabinus.

Versus.

SYL. ¶ Adde quòd §. Sabinus. nō probat.

quia non loquitur in termino. q. Itē quia illa decisio est specialis fauore filii lege non putabam. ff. de condi. & demonstra.]

c ¶ *Si fundum*. Fieri possit. cum commodo promissoris, ut de verborū signifi. l. Nepos Proculo, nec tamen nimium expectatur, licèt prius nō possit soluere, ut ff. de uerborum obligatio. cōtinuus §. illud. Item & si incontinenti potest, non tamen ideo statim exigitur, vt ff. de solut. quod diximus. quoddam ergo tempus medium exigimus, scilicet decem dierum, secundū quosdam, vt ff. de constitu. pecun. lege promissor. Vel dic, arbitrio iudicis, cum lege non sit determinatum. ut ff. de iure deliberan. lege prima in fin. qui iudex statuet tempus quoddam nec nimium, nec modicum, ut ff. de solu. lege ratum. & rem ratam habe. lege quo enim. §. primo. & infra de officio iudi j. respon.

Promissor an statim conueniri possit.

* ¶ Vide ad hoc Bar. in l. cedere diē. ff. de verb. sig. qui distinguit] Itē nūquid idem in quātitatibus quod in speciebus hic dicitur? Respō. nō, immò tpe tanto, quantum iudicatis datur, expectatur, vt ff. de iudi. l. si debitori. scilicet iiii. mensiū, (j) vt C. de vsur. rei. iudi. l. ii. secundum quosdā, vel verius, dic ut notatur supra de ver. obl. §. omnis. in gl. j. statim &c. SYL.

ADDIT. (j) Quibus pēdentibus capi poterit, nisi satisdet, qd' adueniēte termino satisfaciet; nec interim compensare vel aliquid exponere poterit; quia tale tempus miserationis causa cōcedit secundū Ang.

De

PRo eo, qui promittit, [a] solēt alii obligari, qui fideiussores appellantur: quos homines [b] accipere solēt, [c] dum curant, vt diligentius sibi cautum [d] sit.

¶ Omni obligationi accedere potest fideiussor & ciuili tantum: & naturali tantum:& non tantum pro hoïe libero, sed etiam pro seruo. Aret.

¶ In† omnib. [e] autē obligationib. assumi possunt:

Continuatio: ¶ De fideiussoribus. ¶ Cōtinua sic. Visum est de iis, qui principaliter obligantur ex pluribus cōtractibus: verum quia,ut hic dicit tex.in principio,pro eo qui obligatus est solet accedere fideiussor, iō post illos titulos subiicitur iste de fi fideiussorib'. Aretin.

Diuisio. PRo eo. ¶ Totus iste titulus diuidit in quinque partes. Primò,qualiter fideiussores accipiuntur. Secūdò, in qua obligatione accedere possunt. Tertiò, quando sunt plures fideiussores,an insolidū vel pro parte quilibet obligetur. Quartò, quod non potest fideiussor in plus obligari,quàm principalis, & quando dicitur in plus obligari.Quinto,quando solēnitas intrinseca pręsumitur. Secunda ibi (In omnibus.) Tertia ibi(Si plures.) Quarta ibi(Fideiussores.)Quinta ibi.(In stipulatiōibus.)

¶ Pro eo. Casus Non figuratur in declaratione terminorum nisi literaliter,prǽsertim cum ponat tex.rationē introductionis legis, ut sit eis magis cautum, qui recipiunt: utile enim est duplici spe niti.l.iii.§. primo.ff.de libe.leg. Not.quòd fideiussor est qui pro alio obligatur. Item quòd inuenti sunt, vt diligentius & cautius res creditoris geratur.]

a ¶ *Promittit*.Scilicet principaliter: scilicet per stipulationem, & idem si quocunque alio modo quis obligetur, vt infra eodem. §. primo. & & ff. eod.l.prima. Nunquid autem accessoriæ obligarioni accedere fideiussor potest? Respon.sic vt ff.eo. l.gręce.§.fi.& de pig.actio.si rē.§.j.

b ¶ *Quos homines*. Id est, fideiussores.

c ¶ *Solent*. Scilicet creditores.

d ¶ *Cautum sit*.Et est cautū sine dubio,ut infra de replica.§.fi.

ADDITIO.

Vnde plena cautio dicitur cum fideiussoribus: sed plenior cum pignoribus simpliciter uerò prolata ab homine intelligitur sine fideiussoribus. secus si à lege, vel à prætore, nisi procederet ultra declarādo nudam cautionem sufficere. Angelus Aretinus. *Cautio quādo dicitur plena uel plenior uel simplex.* *†Cocror dat cura hoc tex. l.i.ff.eo.*

¶ In omnibus autem. Casus. Quærebatur cui obligationi fideissor accederet: & iam dictum erat pro promissore obligari: & videbatur obligari tantum pro promittente, & sic ex stipulatione, iuxta textum, in §. si scriptum. supra titulo primo. Item solum pro eo qui efficaciter tenebeatur, quia accessorium debet esse eiusdem naturę cuius est principale lege cum principalis. ff. de regulis iuris nec in plus teneri possunt ea ratione quam principalis. §. fideiussores. infra eodem.tamen dicitur contrarium, quia verbum, promittit, capitur largè in dispositione legis. Item obligatur naturaliter & ciuiliter pro obligato naturaliter tantum, quia potest efficacius teneri, licèt non in plus, ut infra.]

e ¶ *In omnibus aūt obligationibus*. Idést, in omni specie obligationū, dummodo non sit contra legem,ut ff.eo.cum lex.

idest, siue re, siue verbis, siue literis, siue consensu [a] contractæ fuerint. At nec [b] illud quidem interest, vtrum ciuilis, [c] an naturalis [d] sit obligatio, cui [e] adiicitur fideiussor: adeo [f] quidē vt pro seruo [g] quoque obligetur, [h] siue extraneus sit qui fideiussorem à seruo accipiat, siue ipse dominus [i] in id, quod sibi naturaliter debetur.

SYL. ¶ Et ratio est, quia quando l. resistit non oritur nec ciuilis nec naturalis: & ideo nulla subsistente obligatione non potest oriri accessoria obligatio, & quāuis naturalis obligatio oriēs ex consensu à l. non impediat, impedit illius effectus quo ad iuris dispositionem, quod idē est, vt dictū est sæpius, & maximè ī §. sed naturalia. supra de iu. na. gen. & ciui.]

¶ Sed contra C. ne fideius. do. dentur. l. i. Solutio, illud speciale est. (j)

SYL. ¶ Ratio aūt specialitatis est, quia si persona commissa est sine fideiussore, turpe esset nō cōmitit pecuniā.]

¶ Item in præsentibus & futuris negociis pōt accedere fideiussor, ut ff. de indi. l. non quemadmodum, & infra eo. §. fideiussor.

ADDITIO. (j) Hoc verum in fideiussore de dote cōseruanda, propter perfidiam euitandam inter eos, vt ibi dicit tex. Quid autem de dote restituenda, uide in l. cōstante. §. quoties. ff. so. matrimo. Ang.

a ¶ Consensu. Siue etiam ex maleficio vel quasi, ut. ff. eo. l. græcè. §. sed & si ex delicto.

SYL. ¶ Hæc gl. videt velle ampliare tex. quod nō est necessariū. quia obligationes ex maleficio comprehenduntur sub illis, quæ veniunt ex consensu, ut not. per glo. in l. seruus. ff. de iis qui notantur infa.]

b ¶ Nec, idest, non.

SYL. ¶ Expositio glos. est defectiua, quia dictio, nec īcludit copulā: cuius effectus est, ꝙ ponatur diuersitas in facto, nō in iure, cuius cōtrariū dicendum esset, si non adesset copula ſm

Bartol. in l. patris. & filii. ff. de vulga, & pupilla.]

c ¶ Ciuilis. s. tantum: vt pro eo qui fuit cōfessus spe futuræ numerationis. ut infra tit. proxi. habet tamen eandem exceptionem, quā reus, ut C. de non nu. pe. l. pen. in fin. & l. tam mandatori. Et sic nota ciuili tantum obligationi accedere fideiussorem, ut hic & d. l. dicitur & ff. eodem l. fideiussor obligari. §. secundo.

d ¶ Naturalis, scilicet vt pro seruo, vt subiicit, & ff. eo. l. fideiussor obligari. §. fideiussor accipi. ergo quantum ad dationem fideiussoris nō interest: sed quo ad alia multa interest, scilicet inter ciuilem & naturalem obligationem. ut ff. de consti. pe. l. j. §. debitum. & l. quòd si maritus. §. si quis autem.

¶ Ratio diuersitatis est, quia actio de cōstituta fuit inuenta à ꝑtore ex æqtate, qua cessante cessat obligatio, sed fideissoria fuit inuēta à l. per vim & pūctam rōnis, ſm Chri. hic.] SYL.

e ¶ Cui. s. obligationi.

f ¶ Adeo. Idest, intantum.

g ¶ Pro seruo. Qui seruꝰ de iure naturali tenet tm̄, nō ciuili, vt ff. de cōdi. inde. si id quod. & ī de liber. §. i. & supra de inuti. stip. §. itē inutilis, & huic naturali accedit hic fideiussor. At ipse seruus fideiubere nō pt, vt. ff. eo. l. seruus inscio. & l. seq. *Seruus ciuiliter nequit obligari*

h ¶ Obligetur. Fideiussor, qui pro eo intercedit.

i ¶ Dominus. Non idē è contra, ut dominus seruo possit fideiussorem dare. Et est ratio, quia talis fideiussor obligando se seruo, per consequens

equens domino obligatur. Itē pro eo. scilicet domino obligatur, quod esse non potest, vt idem pro eod. & apud eundē possit obligari, ut ff. eo. si quis pro eo. §. j. & l. vranius & ff. ad velleia. tutor.

¶ **Obligatio fideiussoris est transitoria ad hæredē hoc dicit. Aret.**

¶ **Fideiussor non tantum ipse obligatur, sed etiam hæredem relinquit ª obligatum.**

¶ **Fideiussor pōt adhiberi etiam pro futura obligatione. Aretin.**

172. ¶ Fideiussor. Casus In prima parte tex. facille poni potest: eius. enim ratio ē ex illa generali regula, que habet, ꝙ obligationes ex contractibus transeunt in hæredes promittentium: sed bene dubitatio erat, quomodo posset præcedere obligationē principalem: quia cum adhuc non sit dare obligationem, cui accedat, non videtur posse accessorium sine principali stare, sicut diximus quando l. annullat vel resistit obligationi. cuius cōtrarium deciditur ea ratione, quia quamuis ex forma verborum præcedat obligatio fideiussoris, tamen ex ordine intellectus sequitur in mente contrahentium. No. summarium.

Fideiussor semper relinquat hæredē obligatum ª ¶ *Relinquit obligatum.* siue hoc dictum sit, siue non: & idem in omni obligatione ex contractu vel quasi in ipso reo principali, ut ff. de actio. & obligatio. l. ex contractibus. Sed quid si ad pęnam furti obligatus est vel alia actione vel obligatione, quæ non transit ad hęredes? Respon. non puto teneri ex hoc casu hæredem, quasi naturam mutet hoc casu stipulatio, ut argu. ff. si quis cau. l. si eum. §. qui iniuriarum, & infra de actio. §. fuerat autem.

172. ¶ Communis doc. resolutio est, ꝙ si fideiussor accedit pro delicto cōmisso, & sit promissa certa quantitas, transit contra hęredem fideiussoris, vt hic, & in l. ad diem. ff. de uer. obliga. vbi doc. aut fuit promissum, ꝙ de linquēs ī iudicio sisteret, vel iudicatū solueret, si culpabilis reperiretur & ſm Ioa. Fab. hic procedit dictum glossę nostræ: quia hæc obligatio nō transit contra hęredem fideiussoris: sicut nec cōtra hæredem principalis: facit l. iiij. in fi. ff. eod. nisi esset facta vel condemnatio vel litis contestatio, quia tunc trāsiret contra hæredem principalis l. prima. & ibi docto. C. ex delict. defunc. tamen tu dicas, ꝙ etiam si lis non sit contesta ta in terminis glo. nostræ, obligatio fideiussoris transit in hæredem, per text. nostrum, qui generaliter loquitur. si enim fideiussoris morte finiretur obligatio fideiussoria, non sequeretur naturam principalis, contra dictam. l. iiij. sequitur ergo naturam principalis quantum ad hoc, vt extincta principali, ipsa quoque finem habeat. l. si decesserit, qui satisda. cognata. non autem sicut finitur obligatio principalis morte principalis, ita fideiussoria morte fideiussoris, quia in ea mors principalis spectatur, non fideiussoris: & ratio est. quia uiuente principali quamuis fideiussor decedat, non extinguitur fundamentum obligationis: & ideo transit obligatio in hæredem fideiussoris: sed ubi moritur principalis, secus est, quia si fuit extincta pœnitus obligatio pœnæ, non est fundamentum quo ista obligatio transeat in hæredem, & si bene inspiciatur hæc probantur in l. si eum §. qui iniuriarum ff. si quis cau. vbi obligatio accessoria non finitur ante principalem: & quo ad finem obligationis spectatur mors principalis, non fideiussoris. & ita teneas.]

¶ Et

eod.si à Titio, Item & quando insi- ciantur, vt ff.eo.si dubitet.§.ita.
¶ Rationes singularum fallentia rum vide in d.ll.allegatis in gloss. & per Christo.hic & Ias.qui sigillatim prosequun- tur.]
¶ Sed nunquid hęc exceptio epistolę est peremptoria, vel dilatoria? videtur peremptoria, quia prorsus perimit id, i quo opponitur. Itē econtra videtur dilatoria, quãdo ante litē contestatam opponi debet, vt hic: quare videtur dilatoria, ut C.de proba.l. exceptionem.
Sed dico eã quasi anomalam, cum nec peremptorias prorsus imitetur, quę vsq; ad sententiam opponuntur: nec dilatorias, quę tm differunt, ut infra de excep.§.hęc exēpli.& C.senten.rescin.non po.l.peremptorias.

Exceptio epistolę adrianã est anomala.

¶ Communis opin est, quòd usq; ad sententiam opponi possit: post sententiam non, nisi sit appellatum: ita cõiter tenent doc. in l. si dubitet. in prin. ff. eod. post Bar.& Imo.ibi.]
¶ Sed quid si soluit, nũquid repetet quasi sit fauorabilis exceptio? Videt q sic, vt in Velleiano, ut ff.de condictio.inde.l.qui exceptionem, & ff.e. l.si contendat. Sed contradico: quia non inuenio quòd sit sic fauorabilis & quia suum recipit, ut ff.de condi indebi.repetitio.
a ¶ Onerat.arg.cõtra.ff.ad.l.rho.de iac.l.ij.§.si quis. Accur.
Addit. Solu.ibi non erat fideiussor obligatigatus nisi pro sua parte.
b ¶ Si is.scilicet reus.
c ¶ Iuuari.facit. ff.e.l.vt fideiussor.

cæteros onerat.[a] Sed si ab vno fideiussore creditor totũ consecutus fuerit, huius soli us detrimētũ erit si is,[b] p quo fideiussit, soluēdo nõ sit: & sibi imputare debet, cũ potuerit[c] iuuari ex epistola diui Adriani, & desiderare, vt pro parte in se detur actio.

¶ Fideiussor non põt in plus obligari quã pricipalis: & ĩ pl' obligari dicitur et qui citeriori tpe obligatur. Aret.

¶ Fideiussores ita obligari nõ pñt, vt plus debeãt, q̃ dēt is p quo obligãtur.[d] Nã eorũ obligõ accessio est principalis obligationis: nec plus[e] in accessione esse põt, quã in principali re. At ex diuerso, vt minus debeãt, obligari pñt. Itaq;

¶ Fideiussõ- res. Casus Nõ figurat in regula: cui' rõ ponit in tex. ibi, nã eorũ. & ibi, pl' &c. No. sũmariũ. Itē no. q pl' dicit nõ solũ re, sed tēpore. Itē q plus ē stati dare, q̃ post tēpus. Itē q vs argumentũ de re ad tps: cætera dic vt per doc.hic.]
d ¶ Obligant sed nũqd ĩ id ipsum, ĩ quo re' tenet saltē remanet obligatus qñ in plus fideiussit? Quidam dicunt quòd sic pro quibus est hoc generale, Vtile per inutile non uitiatur, ut ff.eo.si à reo.§.j.& C.de don.si quis argentum.§.sed in his omnib. Nos cõtra.scilicet quòd in nihilum teneatur: & est pro nobis ff.eo.grᴂce §.illud.
¶ Et hęc opin.approbatur hic & in dicto.§.illud. Nec obstat regula ĩ cõtrarium adducta, quia non habet locũ in indiuiduis, prout ostēdit Bart. in §.illud.q est obligatio fideiussoria, & licet oēs so.ad l.si à reo.impugnari possint, tamē solutio vltra oēs est, quod ibi sũt duę obligatiões, cũ unaqueque cõditio habeat suã obligationē, ideo remota vna nõ vitiatur alia: sed in §.illud.sumus in quãtitate & una tantum obligatione.]
e ¶ Nec plus. contra hãc regulã est supra

supra de rerũ di.§.ſi tñ alienam. Itẽ ff.de contrahẽ.emp.ſi in emptione. in prin. Itẽ.ff.de ſo.q. res.§ mihi x. & §.qui ſtipulatur & §.mihi romę. Sed his omnibus da generalem ſolutionem, vt t ſic exponas hanc literã: non plus eẽ poteſt in acceſſione &c. i.in acceſſoria obligatione, ſecũdum Io. Item contra. ff. de iudi.non quemadmodũ. Solu.ibi nõ eſt plus, quia licet fideiubeat ante rerũ, non tamen prius tenet. Itẽ cõtra ſ. eo.§.j. verſi. at nec. Sed ibi non eſt plus eo modo, quo dicitur plus. Dicitur.n.plus quatuor modis, quorum nullus eſt ibi, ut j.de act.§.plus autem. Accur. ¶ Dic quòd aliquando tenetur in plus, quando reus habet priuilegiũ perſonale ut magiſtratus: quod non extenditur ad fideiuſſorem.l. ſi reus ff.iudi.ſolu.

ADDIIT O. Et eſt ratio, quia in dictis quatuor modis diſparitas prouenit ex facto ſtipulatoris, ideo ſibi imputetur. Diſparitas verò in efficacia ſeu ſubſtantia obligationis ex iuris ordinatione prouenit, ideo ſibi magis ſuccurritur.

ſi reus decem aureos promiſerit, fideiuſſor in quinque rectè obligatur: contra [a] verò obligari nõ põt. Itẽ ſi ille purè ꝓmiſerit, fideiuſſor ſub conditione, ꝓmittere põt: cõtra [b] verò non põt. Non ſolum aũt in quantitate, ſed ẽt in tẽpore minus aut pl' intelligitur. Pl' [c] eſt enim ſtatim aliquid dare: minus eſt poſt, tempus dare.

¶ **Fideiuſſor ſoluens pro reo habet contra eum mandati actionem. Ange.**

¶ Si quid autem fideiuſſor ꝓ reo ſoluerit, [d] eius recuperandi cauſa habet cum eo

¶ Si quid. **Caſus.** In regula non figuratur niſi literaliter; debet.n. fideiuſſori cõpetere actio, ſi ſoluat ꝓ principali. Ideo aũt competit mandati, quia fideiuſſor ex mandato & prece principalis tenetur.] Not. ſummarium. Itẽ q fideiuſſor obligatur ex ſtipulatione, non ſimplici pacto, ſecundũ doct.hic.]

d ¶ Soluerit. ſiue per iudicem, ſiue non, vt ff. man. idemq; §. fideiuſſores. Sed etiã in caſibus quatuor, antequam ſoluat, agit mandati: ut ſi hoc dictum ſit, ut ad tempus teneatur. Item ſi fuerit condemnatus. Item ſi cepit bona ſua diſſipare reus. Item ſi diu ſtetit fideiuſſor in obligatione, vt C. manda. ſi pro ea.& ff.man.l. lucius, (j) aliàs non agit ante, quam ſoluat, ſed ſoluere debet, ut ff.de condi.inde.l.indebita. Sed etiam in caſibus nullo modo agit: vt ſi pro inuito, aut donãdi animo, aut in rem ſuam fideiuſſit, ut ff. man.ſi remunerandi.§.ſi paſſus, & l.ſi pro te præſente. Item ſi hoc actum ſit, ut non agam, ut ff. man.ſi remunerandi.§. marcellus. Item ſi mandatum non ſit obligatorium, vt infra man.§.illud. Item & ſi fideiuſſor non oppoſuit exceptionem, quam debuit opponere, ut ff.man.ſi fideiuſſor. Accur.

Fideiuſſor in quatuor caſibus agit antiquam ſoluerit.

a ¶ Contra. ſi reus v.promiſit, fideiuſſor.x.

b ¶ Contra. ſi reus ſub conditione promittat, & fideiuſſor purè.

c ¶ Plus eſt.n.facit ad hoc ff.de verbo.ſig.ſi cui §.fi.& j.de act.§. plus aũt & ff.de ſol.l.ſolidũ & ff. ſol. ma. ſi conſtante.§.quoties. Accur.

¶ Vide ſimilem glo.in d.l.ſi pro ea. vbi doct.late proſequũtur ſingulos caſus; non eſt materia additionis.

ADDITIO. (j) Intellige diu arbitrio

trio iudicis, secundū communē opinionē. & no. ꝙ debuit stetisse in obligatione: nec sufficeret, ꝙ stetisset in promissione tantū vel fideiussione, & alios casus adde ad istam glo. vt. per Ang. hic

†Aliàs Græcè īt fide iussor ita acci pitur, τηἐμη πίσει κελδω ἐγω S; & si dixerit, θέλω sine βούλο μαι: sed & φημὶ: pro eo erit. ac si dixerit, λέγω citur latine fideiussor. Deinde sequi Fideiussor in quatuor casibus agit ante quam SYL. soluerit. Exposi tio græ ci.

a ¶ Mandati iudicium. i. actionē, si intercessit mandatum, uel ēt eo præsente fideiussisset, ut ff. mā. qui fide. & l. ex mandato.

b ¶ Græcè. facit ff. e. græce. j. rñ. & j. quib. mo. tol. ob. §. sed & græce. & s̃. de uer. obli. §. j. uer. utrū autem Accur.

¶ mandati[a] iudiciū. †Græcè[b] fideiussor ἐγγυητής. dicitur: qui plerūque ita accipitur λέγω quod p eo ὅτ' ἐγγυῶμαι θέλω ē, ac si dixerit, dico quòd fideiubeo, volo.

¶ In stipulationibus, solennitas intrinseca præsumitur. Aretin.

ADDIT. Et aduerte quòd (ut etiam textus aperit) Engyitis græcè dicitur latine fideiussor. Deinde sequitur in tex. lego oti engyome thelo: quod sic exponitur: lego dico, oti ꝙ engyome fideiubeo, thelo uolo. dico, quòd fideiubeo uolo. & hoc est quod latinum statim exprimit.

¶ In stipulationibus. Casus. Querebatur, quia solennitas stipulationis requiritur in fideiussione, an si simpliciter scriptum reperiatur quē fideiussisse, dicamus præsumi stipulationem præcedentem interuenisse, & oīa solēnia: & uidebatur ꝙ, non: quia cum hæc facta sint, non præsumūtur l. in bello. §. factę. ff. de capti. contrarium dicitur ea ratione, quia cū sit solēnitas intrinseca, præsumit. Item potes dicere noua rōne, quia cū fideiussio nō fit sine stipulatione l. blāditus. C. e. si scriptū reperiatur fideiussisse, ex u verborum scriptum est stipulationem interuenisse.]

Scriptu c ¶ Etiā actū. quasi dicat, si ita dicit scriptura ac si verè ita fuisset factū, ra et pri ꝙ forcè fuit vel nō fuit actū, certè p *uata & publica statur, donec cō trarium probe tur.* sumitur pro scriptura, vt sic videat actum, & est hęc scriptura priuata: dicit. n. si quis se &c. & ex cā: vnde in continēti p̄iudicat, nisi côtra probetur, ut ff. de nō nu. pecu. gñaliter, & facit ad hûc. §. ff. de uerbo. obli. l. sciendum & C. de côtrahen. stipu. l. j. & supra ti. j. §. si scriptum. In scriptura aût publica constat ei standū multo magis nisi contra probetur, vt C. de proba. cum precibus, & in authen. de fide instru. §. si vero moriantur. in prin. §. collatio. vj. (j) Itē not. hic pręsumi omnia solenniter acta: quod probant supradictæ. ll. Accur.

¶ In stipulationibus fideiussorum sciendum est hoc generaliter accipi, vt quodcunque scriptum sit quasi actum, videatur etiam actum.[c] Ideoque constat, si quis scripserit se fideiussisse, videri omnia solenniter[d] acta.[e]

ADDITIO. (j) Not. secundum Angel. hic, quòd falsitas instrumenti, item solennitas, uel error scribentis possint probari per testes. Idem in simulatione, dummodo contractus fuerit sine scriptis celebratus, licet in scriptis redactus fuerit; aliàs si in scriptis sit celebratus, non probatur nisi per contrariam scripturam: de qua materia vide supra ti. j. §. itē uerborum Ang.

d ¶ Solenniter. i. ēt interrogationē factā fuisse; quā necesse est præcedere, vt s̃. de uer. obli. in prin. & C. de contrahen. & committen. stip. l. j.

e ¶ Acta. Sed côtra. ff. de pub. in rem actio. q̃cūq; si. §. Sol ibi sur extrinsecæ solênitates de tutore & iudice, q. debēt adesse, cū pupill' vēdit. At hic actus

actus promissionis nullus ẽ sine actu interrogationis. Vnde ex quo dixi, si deiubeo, uel promitto, intelligit interrogatio facta eẽ quasi pars ꝓmissionis; & sic nõ est extrinseca solennitas, cum sit pars stipulationis.

STL. ¶ Et ita communiter distinguitur in d. l. sciendum ff. de ver. ob. vbi est materia sua ordinaria.]

Continuatio. ¶ De literarum obligatione. ¶ Ista rubrica continuatur ad præcedentia: Quia supra visum est de obligationibus, quæ contrahuntur re & uerbis, nunc ponit de ijs, quæ contrahuntur literis. Areti.

Diuisio. Olim scriptura. ¶ Totus iste titulus diuiditur in duas partes. Primò ponit, qualiter olim scriptura obligabatur, & eius correctionẽ, & nouum statutum. Secundò ponit infra quantum tempus olim & hodie potest opponi exceptio non numeratæ pecu. Secunda ibi (Multum.)

STL. ¶ Olim scriptura. Casus. Erit solum literaliter figurandus: quia declarat tãtum terminos huius obligationis literarum, & narrat rationem restricti temporis ad biennium. * Verum ad pleniorem declarationem vide Fortu in l. legitima. col. v. ff. de pa.]

No. quòd confitens se ex mutuo recepisse quod non recepit, obligatur effectualiter hodie post biennium. Item quòd multum tempus dicitur aliquando quinquennium, aliquãdo biennium. Item quòd obligatio oritur ex ipsa scriptura concurrente lapsu temporis. Item quòd ex ea nascitur condictio. Item quòd exceptio non numeratæ pecuniæ vltra biennium non opponitur.]

¶ De literarum obligatione.

¶ Scribens se debere ex mutuo, quod nõ recipit, sperans recipere obligatur literis cũ effectus olim post quinquennium, hodie post biennium.

Olim scriptura [a] fiebat obligõ q̃ noĩb. fieri dicebatur: q̃ noĩa hodie nõ sunt in vsu. Planè [b] si quis debere [c] se ipsum recepisse, probaret instrumentum l. cum precib. C. de prob.]

a ¶ Scriptura. i. solennitate quadam scripta, quæ per quædam nomina specialia fiebat, vt subijcit.

b ¶ Planè. Licet dicta verba in vsu esse desierint, planè &c.

c ¶ Si quis. s. homo priuatus. Idem est & si fiat per alium, dummodo per publicam personam. ¶ Quę. s. scribat ipsum cõfessum esse recepisse; nã si scriberet ipsum recepisse, probaret instrumentum l. cum precib. C. de prob.]

¶ Aliud si per priuatam, ut C. de proba. instrumenta. Ar. tamen contra ff. de pig. l. si fideiussor. §. j. Sed ibi in scribẽtis præiudiciũ creditur. *Scriptura priua ta quantum ad fidem faciat.*

ADDITIO. No. regulariter scripturam priuatam non facere fidẽ. Fallit quando hęc scriptura aliquid continet contra scribentem; quia non est uerisimile aliquem scribere contra se quod veritati non innitatur, ar. l. exemplo. cum ibi no. C. de proba. Fallit secundo, si talis scriptura priuata habet subscriptionem trium testium fide dignorum, auth. si quis vult cautè deponere. C. qui pori. in pign. ha. Christoph.

d ¶ Debere. Scilicet ex causa † mutui, & sine stipulatione. Hęc enim uerba non sunt apta ad stipulationem, ut supra de ver. oblig. §. j. si autem sine causa, non præiudicat, ut ff. de proba. cum de indebito. in fin. Quid si stipulatio interuenit? Respon. & tunc habet locum effectus huius ti. nam exceptionem in factum potest opponere vt C. eod. l. cum, vltra, & hoc si spe futuræ numerationis, aliàs si tanquam iam esset debitum, cum non esset, scienter cõfitetur, uidetur donare: aliàs, idest si

† Facit lex aduersus. C. de nõ num. pecu. & qui de oĩo gl. in uersi. extendatur. i.

non vult donare, sed quia credit se ei debere, non valet stipulatio: quia obijcitur exceptio, ut ff. de reg. iur. l. cuius, & ff. de excep. do. l. ij. §. ij. Et nota cautè hic, quòd per verba præsentis temporis fit hęc obligatio, ut p hæc, Scribo me debere, vel, Cōfiteor me debere, vt hic dicitur & si est contra opinionē nostram, qua

scripserit[a] quod sibi numeratum[b] non est, de pecunia minimè numerata post multum[c] temporis exceptionē[d] opponere non potest. hoc enim sæpissimè constitutum[c] est. †Sic fit, vt & hodie[f] dū[g] quæri non potest, scriptura[h]

dicimus obligationē literis debere fieri per verba futuri temporis tantum, vt C. de post u. l. si sub specie. ut Scribo me daturum tibi x. ex causa mutui ad instar stipulationis, quæ per verba futuri temporis tantum fit, ut ff. de verb. obli. stipulationum

Stipulatio tātū fit per verba futuri temporis. j. §. stipplatio. Sed certè nec hic dico, quòd per hæc verba nascatur nunc, & vt nunc, sed quasi eriā prius nata sit, si confiteor per uerba præsentis vel præteriti temporis: & facit C. de epi. audi. l. si præsens, & C. eo. in contractibus, in prin. Vel apertius, non faciunt hæc verba, ut obliget, sed vt obligatus pręsumatr, licet habeam exceptionem. Vel uerius, licet apponam verba pręsentis uel pteriti temporis, tñ semp intelligun tur futura. Quid, n. prodest dicere, Confiteor me accepisse x. vel, debere x. ex cā mutui. & hoc scribam, nisi intelligatur, & ideo redd am? Item quid si, dicam, Recepi ab illo x. ex cā mutui. & hoc scribam? Respon. quidam non teneri propter supradictā rōnem; quia per uerba futuri tēporis debet fieri. Sed certè satis pu- *Lex non essi npo. nitaver bis, sed rebus.* to, q psumar obligatus; sicut & cum scribo me debere, ut: hic. non. n. uerbis, immo rebus lege m imponimus vt C. cōia de leg. l. ij. Vel dic quòd, ibi intelligitur futurum, ut pdixi.

a ¶ Scripserit. Idest, scriptura confessus fuerit.

b ¶ Numeratum. non est. aliàs. n. si numeratum esset, non literis, sed re obligatus esset, ut s quib. mo. re cōtrahi. obli. j. responsio.

c ¶ Multum. hec exponit. j. proxi.

d ¶ Exceptio nem. Scilicet non numeratè pecuniæ, quę potest proponi, siue petat actor, siue non, ut arg. C. eo. l. si quasi, & in scriptis, secundum quosdam, vt in auth. de tem. non so. pe. super dote. §. j. col. vij. vel fortè illud speciale in dote. Primum tamen secundum Ioan. uerius est. Accur.

* † *Huc uer. declarat subtiliter Soci. in l. i. col. lum. 4. nu. 8. ff. de cond. indebi.* SYL.

¶ Et ita communiter tenetur secundum Christo. hic; & secundum Ang. hoc procedit, quando non prouocatus opposuit, quia tunc sufficit partes actoris.

e ¶ Constitutum est. à multis Imperatorib. qui fecerunt leges tales. C. eo. per totum vsq; ad l. generaliter, nam postea Iusti. sunt.

f ¶ Hodie. Hic loquitur, quasi supra dicta loquantur, añ tēpora Iusti. & nunc subijcit q hodie sit idē. Vel dicit hodie. i. postq cucurrit hoc tēp. s. quinquennium olim, hodie biennium, ut j. proxi. & secundum hoc non debet esse, &, in tex. Accur.

* ADDITIO. Expone ibi sic fit, id. est, sic fit vt & hodie post biennium obligetur, ergo etiam ante bienniū, quia copula implicat l. ea tamen. ff. de leg. iij. Hiero. Messig.

g ¶ Dum quæri non pōt. i. dum querimoniā pponere nō pt de exceptione nō nume. pec. q aex quo cucurrit tps, obligabit per scripturam ad dandum pecuniam non numeratam.

h ¶ Scriptura. i. p scripturā. Sed certè videtur nemini scriptura vel literis

diuti[a] possint suis[a] pecuniis forsitan defraudari,ꝑ cõstõnẽ[b] nostrã tẽpus coarctatũ est,vt vltra[c] bienii metas hmõi exceptio minimè[d] extẽdatur. †

¶ De obligationib. ex consensu.

¶ In quatuor cõtractibus hic enumeratis solo consensu contrahitur obligõ hincinde, etiam inter absentes mediante núcio vel epistola. Aret.

a¶ *Sui pecuniis*. Subaudi etiam. Nã occasione hmõi si daremus longum tempus, etiã veri debitores interdũ talia opponerent:& ita occasiõe liciti cõmitterent illicitũ,quod esse nõ debet; immò etiã licitũ coarctatur,vt vitetẽ illicitũ,vt hic, & in auth.ꝺ eccl.re. immo.alie.in prin. col.v.

Liciti occasione illicitum non debet cõmitti.

b¶ *Per constitutionem*. Vt C. de nõ nu. pecu.l.in cõtractibus.

c¶ *Vltra biẽnij metas*. Sic. C.ꝺ oĩ agro deser.l.q agros. lib.xj.

† Concor. cum hoc textu glo.j. ante me. ibi, & hoc est verũ in c. vltim. extra de solu.

d¶ *Minimè extendatur*. Et hoc in cã mutui; si verò ex alia causa cõfiteaẽ in scriptis,veluti emptiõis,vel similis,incõtinẽti præiudicat sibi;nec potest cõtra ꝓbari,nisi ꝑ aliã scripturã ut C.de nõ num.pecu.l.generaliter.

SYL. ¶ Et ratio diuersitatis est propter facilitatem petentis pecuniam mutuam,vt declarat Christo.hic.]

¶ Itẽ hoc in debitore cõfitẽte: sed in creditore cõfitẽte sibi solutũ 30. dies statuunẽ,nisi in casibus, vbi in cõtinẽti ꝑiudicaẽ vt C.de nõ nu.pe. cu.in cõtractibus. §. super cęteris, &. §. sed quoniam.

SYL. ¶ Ratio diuersitatis est,quia l.pręsumit debitores egẽtes magis inclinare ad confitendum vt suscipiant pecunias,q̃ creditores,qui nõ ita egẽt, vt tenet Christo.hic. Volo tñ te notare aliquos casus,in quibus non habet locũ talis exceptio. Primò,si cõfiteatur se in veritate recepisse:talia n.verba faciunt,q̃ talis exceptio nõ potest opponi, Bal. in c.ex insinuatione.col. fi.ver.si confiteor. de ꝓcur. de quo per Decium in c. quoniam contra. in iiij. nota. de proba. in l.ij.in.ij.nota. C. de eden. Secundò, si verba fuerint geminata: de quo per Deci. in l.j. col. pen.C. de pact. Tertiò,si quis in mortis articulo confiteatur: de quo per Hippoly.de Marsil. in l.j.§.pręterea.in ij. colum. ff. de quæstioni. Quartò, si confiteretur in iudicio: de quo per Decium in c. j. in xj. colũ.in princip.de iudic. Et plura alia in proposito vide per Iasonem in l. q pecuniam.ff. si certum peta. * & Felyn. in cap.si cautio. colum.x. de fide instrumen. qui latissimè omnem hanc materiam prosequuntur.]

¶ De obligationibus ex consensu. *Cõtinuatio.*

¶ Supra dictum est de obligationibus, quæ verbis & litteris contrahuntur, verum quia sunt aliæ, quæ consensu contrahuntur, ideò de his subdit. Porcus.

Diuisio. Consensu. ¶ Totus iste titulus diuiditur in tres partes. Primò ponit quot casibus quis obligetur ex consensu solo. Secundò,quare in his magis consensu solo quàm in alijs obligatio cõtrahitur. Tertiò ponit effectum huius obligationis ponendo differentiam inter hunc contractũ & stipulationẽ. Secũda ibi(Iõ autem.)Tertia ibi (Item in his.)

¶ Consensu fiunt obligationes. Casus Ita figurari potest. Dubitabaẽ. an in his contractibus hic enumeratis solo consensu nasceretur obligatio:quippe in singulis alijs supra numeratis consensus exigiẽ.sed contrarium dicitur ex illa rõne,quia quamuis cõsensus in illis requiratur,tamẽ nõ requiritur solus, sed vna cũ alijs solennitatibus verborum vel rei, vt dicitur

dicitur in tex. Nō. qui sint cōtractus qui consensu solo contrahantur. Itē quare hi dicantur solo consensu constare. Itē ꝙ in his venit omne, quod æquum & bonum est. Secus in contractibus stricti iuris, & præsertim in stipulatione venit quod est expressum l. quicquid astringendæ. ff. de verbo. obl.]

differentiam, quam facit inter hunc titu. & superiores. Nam quod dicit † neque scriptura. in hoc discrepat ab obligatione litterarum, † vt supra titulo primo. Item in eo, quod dicit, neque præsentia. dicit propter verborū obligationē, quę inter præsentes fit, vt supra de inutili. stipulatio. §. item inutilis. Itē in eo, quod dicit, non esse necesse quid dari, ideo dicit, vt discrepet ab illa, quæ fit re, vt supra quibus modis re cōtrahitur obliga. per totū. ¶ Vel secundum Ioannē Fab. ad differentiam contractus innominati, qui rei interuentu contrahitur lege ex placito. C. de rerum permutatione.]

Consensu [a] fiunt obligationes in emptionibus, [b] venditionibus, locationibus, [c] cōductionibus, societatib. [d] mandatis. [e] ¶ Ideo aūt istis modis obligatio dicit cōsensu cōtrahi, quia neq; scriptura, [f] neq; præsentia omnimodo opus est: ac nec dari quicquā necesse est, ut substantiā capiat obligatio: sed sufficit eos, qui negocia gerūt, cōsentire: vnde ìter absentes quoq; talia negocia contrahūtur, veluti ꝑ [g] epistolā, vel per nuncium. ¶ Item in [h] his contractibus [i] alter alteri obligatur in id, quod alterum alteri ex bono, & æquo præstare oportet; [k] cum alioquin in verborum obligationibus alius [l] stipuletur, alius promittat.

a ¶ *Consensu.* Sic ff. de actio. & obli. l. consensu.

b ¶ *In emptionibus.* vt ff. de contrahenda emptione, lege prima. §. final. & infra titulo primo in principio.

c ¶ *Locationibus.* Vt infra titulo ii. in principio.

d ¶ *Societatibus.* Vt infra de societa. in princ. Sed contra ff. ꝓ soci. lege quarta. primo respon. Sed certè ibi non negatur, quin cōsensu contrahatur societas: vnde non est contra.

e ¶ *Mandatis.* Sed nonne in stipulatione consensus debet interuenire, vt supra de verborum obligatio. §. primo, versiculo sed hæc. & ff. de pactis, lege prima. § penultimo? Respondeo, ibi expressis verbis debet esse consensus, vt ff. de verborū obligationibus lege prima primo respōso: hic autem etiam sine verbis & inter absentes, vt infra proxim. ibi inter præsentes tantum, vt supra de inutili. stipula. §. item verborum.

f ¶ *Neque scriptura.* Hic cautè nota

g ¶ *Per epistolam.* Vt. ff. de rei vendi. ca. l. quædam mulier.

h ¶ *Item in his.* Fuit superior differentia ad tria genera obligationū, hic autem fit differentia ad stipulationem, vel verborum obligationē.

i ¶ *Contractibus.* Qui fiunt cōsensu.

k ¶ *Oportet.* Quasi dicat hinc inde contrahitur obligatio etiam in iis, quæ non sunt dicta: nam veniunt usuræ post mortem, ut ff. de actio. empti. Iulianus. §. ex uendito. idem est & in omnibus bonę fidei iudiciis, licet non ex contractu sed quasi nascantur, ut infra de actio. §. in

† *Dic certè idē videtur posse dici in omnibus pactis, quibus contrahitur obligatio ex consensu, vt ff. de pac. l. in ys. §. imperator. & tamē regulariter non requiritur scriptura, nisi tantū in quasyl. tuor casibus hic descriptis. vt l. pactū qđ bona fide C. de pac. & sic videtur quòd iste tex. sit defectiuus. dic secundū Ioā. Fab. ꝙ hic contrahuntur obligatione. efficace.*

ibi: non §. in bonæ fidei. unde hic Alterius stipuletur. Quasi dicat, de obligationibus effic. necesse est, quod omnia deducatur in stipulationem. nam aliàs nihil venit in talem obligationem, vt ff. de negociis gestis lege si pupilli. in fine, & lege quia tantundem. Adde text. in l. quicquid. ff. de verbo. obliga.

ibi: non ... loqui intendit. Ang.

¶ De emptione & venditione.

¶ Emptio contrahit eo ipso, quòd de pretio conuentum est, licet nõdũ numeratũ sit, vel aliqua arrha data, si sine scriptura fiat: aliter autem scriptura celebrata, erit emptio perfecta & non prius. Aretinus.

Cõtinuatio.

¶ Supra dictum est de obligationibus, quæ consensu contrahuntur: verũ quia illæ consistunt aut in emptionibus & venditionibus, aut locationibus & conductionibus, vel societatibus, vel mandatis vt supra titulo primo, in principio: ideo de his tractaturus incipit de emptione; & venditione. Porcus.

SYL. * ¶ Materiam emptionis & venditionis tractat plenè Aretin. in. §. actionum, infra de actio.]

Diuisio. Emptio. ¶ Totus iste tit. diuiditur in quinque partes. Primò, quando emptio & venditio contrahatur, & quando ab ea possit recedi. Secundò, quòd pretium debet interuenire. Tertiò, quando emptio est perfecta, ad quem spectat periculum rei uenditæ. Quartò, an sub conditiõe possit emptio celebrari. Quintò, quibus casibus emptio esse non possit. Secunda ibi (Pretium autẽ.) Tertia ibi (Cum autem.) Quarta ibi (Emptio tam sub conditione) Quinta ibi (Loca sacra.)

¶ Emptio & venditio. Casus deberet potius literaliter poni. tradit, enim regulam. qualiter emptio contrahitur, distinguendo, quòd si contrahitur sine scriptis, satis est ad substantiandam venditionem pretii conuentio. Nulla enim requiritur ipsius rei traditio, quia aliàs non cõsensu sed re contraheretur: nec requiritur aliqua forma verborum vt in stipulatione, sed solus consensus sufficit. Si verò fiat in scriptis, requiritur perfectio scripturę publicæ vel priuatæ, ante cuius perfectio nẽ licet resilire cuilibet ex contrahentibus à contractu, nisi quid arrharum nomine datum sit. tunc enim quia res non est integra, non licet recedere à contractu. & sic habes ex his rationes decidendi huius princi. ex quo not. quòd emptio solo consensu perficitur. & ideo nec rei traditionem, aut numerationem pretii, aut dationẽ arrharum exigit: quia hoc non ad substantiam sed ad probationem & executionem ipsius contractus requiritur. Item ꝙ arrha est argumentum emptionis mõ substantia. Item ꝙ scriptura non est de substantia huius contractus. Item quòd aliquando contractus emptionis fit cum scriptura; & tunc non dicitur perfectus nisi perfecta scriptura. Item quòd paria sunt scripturam factam esse manu propria, vel aliena & subscriptam à contrahentibus. Itẽ ꝙ si aliquem pœniteat, perdit arrhas, si est emptor: si venditor, restituit duplum.]

EMptio, † & venditio cõtrahitur [a] simul,

† Ad hoc princi. vide omnino Fort. in l. iurisgentium col. iiij. in fi. ff. de pac.

b ¶ Contrahitur. Hic not. tribus modis perfici emptionem.

SYL. ¶ Intellige quãdo est facta sine scriptis, & datione arrharum, quia aliàs procedunt quæ infra, dicuntur in versic. in ijs.]

a Vno modo. s. ex quo non possunt discedere cõtrahẽtes, vt C. de act. & obligatio l. sicut in initio. s. secũdum quem

quem modum etiam conditionalis emptio est perfecta.

¶ Aduerte quia illa l. sicut. videtur potius facere in contrarium: quia dicit. ꝙ constitutæ obligationi non potest renunciari. sed conditionalis nõ est constituta, l. cedere diẽ. ff. de ver. sig. ergo &c. Tñ in cõtrariũ facit l. necessario. §. ꝙ si pẽdente j. vbi dicitur, ꝙ transmittitur, ergo est: & ad legem. sicut. respon. quia est cõsti tuta nõ orta.

d ¶ *Emptionis* & venditionis contra ctę. Non autem est de substantia contractus. SYL.

e ¶ *Sine scriptura.* Id est, sine solennitate scripturæ.

atque[a] de pretio conuenerit, quis nondũ pretiũ numeratum[b] sit, ac ne arrha qdẽ data fuerit. Nã qd' arrhæ[c] nomine datur, argumẽtũ est emptionis[d] & venditionis contractæ. Sed hoc quidẽ de emptionibus & vẽditionib. q̃ sine scriptura[e] cõsistunt, obtinere oportet: nã nihil à nobis in hmói emptionibus & venditionib.[f] innouatũ ẽ. In iis autem, quæ scriptura conficiuntur,[g] non aliter perfectam esse venditionẽ & emptionẽ cõ-

f ¶ *Venditionibus.* s. quæ fiũt sine scriptura.

g ¶ *Scriptura.* cõficiuntur. Patet hic, ꝙ alia est emptio siue venditio in scriptis, alia sine scriptis. *Venditio fit in scriptis & sine scriptis.* In scriptis dicitur, quando hoc agũt cõtrahentes, vt non aliter valeat contractus, nisi fiat scriprura, secundũ quosdam: quod non vidimus in vsu. Alij dicunt, vt P. ꝙ sufficit, ꝙ cõtrahentes vel aliquis eorum dicat in principio contractus, quòd inde scriptura fiat, licet non dicat, ꝙ aliter non valeat nisi fiat. & hoc approbo, vt C. de fid. instr. l. contractus, ibi, illos tamen quos in scriptis fieri placuit &c. Si autem simpliciter fiat contractus, sed postea ad probationem fiat scriptura, valet quod actum est, & etiam valuisset sine ea, vt. ff. de pig. contrahitur. Et eodem modo dico esse intelligendũ vbicũq; dicit lege, contractũ aliquẽ in scriptis fieri, vel distractum, vt C. de test. l. testiũ. & in authen. de test. §. & licet. coll. vij.

¶ Secundo modo, qñ est pura: & tũc incipit periculũ rei ad emptorem pertinere, vt ff. de peri. & commod. rei vendi. l. necessario. in princ. & ita contrahitur hic siue perficitur. Tertio, quãdo res traditur, dicitur plus perfici adhuc siue impleri, vt ff. dé actio. emptio. si quis rem alienam.

ADDIT. Et ista inducit Ioã. Fab. ad decisionẽ quæstionis, an & qñ ex cõsuetudine dño vel ꝓximo ꝑ rei vendic. ius aliquod quæsitũ eẽ censeat.

a. ¶ *Simul* atque. id est, statim postquam, vt supra de rer. diui. §. feræ.

b ¶ *Numeratum* sit. nec aliquid datũ loco pretij. vt supra tit. j. in prin.

SYL. ¶ Hæc glo. sen tit, ꝙ possit dari res pro pretio, & malè: quia tunc esset permutatio, vt infra eod. §. itẽ pretium. Nec obstat text. allegatus, quia si referatur ad emptionem, de qua habetur ibi in princip. debet intelligi secundum. §. item pretium, si ad alios contractus, stat propriè, & simpliciter ꝓcedit vt loquitur.]

c ¶ *Arrhę.* vt ff. eodem, quod sępe. in princip.

¶ Et hæc opi. Pla. cõiot videtur ſm Christ. hic, quia actus in scriptis dicitur ille, ad cuius substantiã requirit scriptura, nõqñ fit ad ꝓbationẽ.] SYL.

¶ Sed cũ fiat in scriptis hmói venditio, & sine scriptura nõ valeret, quare non dicit obligatio literarũ? Rñ. quia aliud habet nomẽ. s. emptio: & verũ est hoc nomen: at in mutuo nõ est

est verum mutuatum esse: tūc enim re esset obligatio cōtracta, vt supra de lite.oblig.in princ.versic.plane.

a ¶ *Constituimus*. Præteriti tpis est: & dic, vt C. de fid.instr.contractus.

b ¶ *Instrumēta emptiōis*. Quæ vulgo rogatiōes dicunē, secundum Ioan.

c ¶ *A contrahentibus*.scilicet vtroque.s.emptore & venditore:& talis subscriptio fit & aliàs, vbi contractus fit alius in scriptis, vt in auth. de fide instrum.§. si quis igitur. & §. sed & si quis aut mutui.& §.seq.

d ¶ *Fiunt*. s. hæc instrumēta. & subaudi, non aliter valeant, nisi & comple.&c.

†*Aliàs id est cōplementum.* e ¶ *Completiones*. † id est, mundum completum.

f ¶ *Acceperint*.s.ab eodem tabellione, & à partibus, vt subijcit.

g ¶ *Absoluta*. vt quia lecta fuerint partibus, & laudauerint. Vel dic absoluta, id est, subscripta.

ᴀ ᴛ ʟ. ¶ Vide glo.in l. fideicommissa.§.j. ff.de lega.iij.]

h ¶ *Sine pœna*. Sed quō sine pœna, cū statim in arrhis eū puniat? Rñ. sine pœna interesse, & iusiurādi in litem. Nā hæc pœna eēt quantū ad soluentem, licet non quantum ad accipientē, vt ff. si quis ius di. nō ob. l. j. §. fin. ¶ Vide ibi gl. in ver. meram pœnā. & dic ꝙ huiusmodi pœnę respectu soluētis tantum debentur etiam in foro conscientiæ, vt per Deci. in c. j. in j. lectu. in xi. col. de consti.]

Constituimus,[a] nisi & instrumenta[b] emptionis fuerint conscripta, vel manu ꝓpria cōtrahentiū, vel ab alio quidē scripta, à cōtrahentibus[c] tamē subscripta: & si ꝑ tabellionē fiunt,[d] nisi & cōpletiones[e] acceperint,[f] & fuerint partib. absoluta.[g] Donec enim aliquid deest ex his, & pœnitentiæ locus ē, & potest emptor vel venditor sine pœna[h] recedere ab emptione & venditione. Ita tamē impunè eis recedere cōcedimus, nisi iā arrharū nōie aliquid fuerit datū. Hoc n. subsecuto, siue in scriptis, siue sine scriptis vēditio celebrata est, is, qui recusat adīplere cōtractū, si qdē est emptor ꝑdit quod dedit: si verò venditor, duplum restituere cōpellit̄,[i] licet sup arrhis nihil

ᴀ ᴛ ʟ. ¶ Non aūt ab arrhis aliter liberat̄, vt subijcit, ita tñ &c. Itē iste talis pō facit contra legem. C. de act. & oblig. sicut. cū hoc lex sibi permittat. Et not. ꝙ huius legis permissio est cū aliqua pœna. Arg. cōtra in auth. cōstitutio q̄ de dig. §. illud. colla. vj. Sed si nō ē subscriptū, & tñ res est tradita, an valeat trāslatio? Quidā dicunt quòd non, vt C. de suffrag. l. vnica. Alij contra, vt C. si quis alteri vel sibi. l. multum interest. & ff. de dolo l. & eleganter. in princip. Distingue, aut per errorem, aut scienter.

i ¶ *Compellitur*. Sed qua actione? Rñ. condictione ex l. ista, & ex l. illa. C. de fide instr. cōtractus. Vel ēt per officiū iudicis, vt argu. C. de rescind. vend. l. ij. Item per actionē ex empto, si tamen fiebat vēditio sine scriptis: nam si fieret inscriptis, nec eēt mūdū completū, nō agerēt actione ex empto, cū nō eēt adhuc vēditio, vt hic dicit̄, sed per condictionē ex l. vel officio iudicis, vt dictum est. Sed nunquid vltra hanc duplicationem arrharum tenetur venditor ad interesse si non tradat, vt ff. de actio. empti. l. j. & l. ex empto. § idē ait?

Venditor vtrū vltra arrharum duplicationē teneatur ad interesse.

M. & Azo dicunt ꝙ non: quia sibi præiudicauit accipiendo arrhas: sicut & aliàs sibi præiudicat quis sibi eligẽdo, vt ff. de tribu. act. quod in heredem. §. eligere. Item quia hoc videntur agere contrahentes inter se, vt amissione & duplicatione arrharum debeant eē cōtenti: ergo ꝙ expresso est habendũ, vt ff. si cer. pet. cũ quid. Itẽ facit. ff. de lega. 2. l. cũ filius. §. varijs. B. & Io. cõtra. Dicunt. n. adhuc posse agi ad hoc vt tradatur, vel ad interesse, ita vt arrhę in interesse computentur. † & facit pro eis ff. de testa. mil. l. iij. & ff. de inof. test. mater. & C. de pac. do. l. fin. facit melius, ff. de actio. empti. & vendi. pt̃dia. in fin.

† Aliàs est.

† Et sic ad interesse agitur, quatenus

SYL. est vltra arrhas: q̃ opi. verior est, secundũ Ang.

¶ Prima opi. communiter tenetur, secundum Christo. hic.]

¶ Sed quid si dederit pro arrhis & propagamento? Rñ. pactum seruandũ. i. nõ põt discedere, vt ff. de pact. in traditionibus. Et no. duo operari: vnũ, vt arrhæ debeãt duplicari vẽdi tore pœnitẽte. Itẽ vt ẽptio remaneat firma, & agat ad intereẽ. Itẽ ẽpto re: pœnitẽte eadẽ duo opaꝛ. Acc. Fl. ADDI. Et tũc nõ totũ sed qđ ꝑ arrhis dũtaxat datũ est duplicatur. Et no. ꝙ vbi vẽditor se noĩe emptoris possidere cõstituit, nõ põt agere ex empto, vt tradat: sed aut rei vendicatiõe, vel publiciana simul, aut vti possidetis. vt dicit gl. in auth. sacramẽta puberũ. C. si aduer. ven. Ang.

a ¶ *Nihil expressum* est. Id est, nihil dictum fuit à partibus quid super arrhis fiat altero pœnitente.

expressum[a] † sit. ¶ Emptio nõ potest esse sine certo prætio: sed si pretium in alterius arbitriũ conferatur, tunc videtur emptio facta sub conditione: vt si ille fuerit pretium arbitratus, valeat emptio: aliàs secus: & idẽ in locatione. Ar.

¶ Pretiũ aũt cõstitui oportet: nã nulla ẽptio sine pretio esse[b] põt. Sed & certũ[c] esse pretium[d] debet: alioqui si ĩter aliquos ita cõuenerit ...

¶ Pretium. Casus Ita figurari põt in secunda parte: nam in prima, ꝙ pretiũ debeat esse certũ, cũ sit notissima regula requisita ad perfectionẽ venditionis, nõ exigit casus figurationẽ. Quæsitũ fuit, an valeret emptio pro pretio declarando per Titiũ: & videbatur ꝙ nõ, quia tũc non erat certum pretiũ: sed decidit contrarium, ꝙ immò emptio non est pura, sed conditionalis. si ille arbitrabitur: & sic non est perfecta, sed eius pfectio pẽdet. Sed tunc obstare videbaꝛ, quia aliàs habemus, ꝙ eo nõ arbitrãte, in cuius arbitriũ remissa erat declaratio, recurrit ad iudicẽ: vñ sic in emptione, eo nõ arbitrãte nõ erit cõditionalis emptio, quasi expiret si nõ arbitretur, sed ibit ad iudicẽ, qui declarabit ipse, iuxta l. si quis arbitratu. ff. de ver. ob. & sic emptio suscipiet pfectionẽ. sed contrariũ dicit hic, ꝙ inimmò expirat emptio, quia cõmissa in casu nostro est substãtia cõtractus in arbitriũ personæ certę: tunc. n. nõ recedit à psona certa, sed euanescit actus, vt hic dicit. No. ꝙ ad substantiã emptionis requiritur certitudo pretij. Itẽ ꝙ paria sunt pretiũ ab initio certũ apponi, & ex post facto certificari. Itẽ ꝙ declaratio quãtitatis ꝑtij cõferri põt in arbitriũ tertij. Itẽ ꝙ eo nõ arbitrãte deficit cõtractus. Itẽ ꝙ valet argũ de emptione ad cõductionẽ.]

b ¶ *Esse potest.* vt ff. eodem. l. 2. & C. eodem. l. emptionem.

c ¶ *Sed & certum.* No. duo: & quòd pretium debet esse, & ꝙ certum.

d ¶ *Pretium.* Repetit de pretio quod de-

debet interuenire, vt addat duo. scilicet quod sit certum, item in pecunia numerata.

a¶ *Hoc dubitabatur.* id est, de hoc.

b¶ *Decisio.* Vt C. de contrahenda emptio. l. fin.

c¶ *Aestimauerit.* Not. quod cautè ponit de tertia persona. nā secus si in contrahentis arbitrium, vt dicemus infra e. §. emptio.

d¶ *Nominatus est.* Quid si innominatum contulimus: vt, Vendo pro quanto aestimabitur? Rn. non valet, instar locationis sic factae, vt ff. loca. si merces. in prin. nisi in vno casu, qui est de pigno. l. si fundus. §. fi. Accursius.

ADDITIO. Sol. ex praecedentibus contractibus, quorū occasione deuenitur ad venditionem, potest super declaratione pretij officium iudicis implorari, vt ibi; secus si nullus praecessisset contractus, vt hic. Angel.

e¶ *Definierit.* Etiam inique: quia à persona inserta non receditur, vt ff. de verb. obli. si quis arbitratu. (j) & hoc verū est, qn̄ id, qd̄ est de substantia cōtractus, apponit: sed secus si cōferat qd̄ est de accidēte contractus: nā tūc ad arbitriū boni viri recurrit vt ff. eo. haec vēditio. & ff. pro socio. l. si ita coita. & l. si societatē j. & ff. loca. l. si in lege in princi. que omnes huic sunt contrariae. & hoc ſm Ioā.

SYL. ¶ Hęc opi. cōiter approbat, & in gl. in l. in vēdētis. in gl. magna. C. e. ti.]

¶ Sed ſm Azo. hoc redigit ad arbitriū boni viri. & sic nō cōtradicunt d. ll. Nec ob. d. l. ff. de verb. obl. si qs arbitratu, quia ibi nō fuerat arbitratus, quo casu, concedo nō recurri, ad boni viri arbitriū. Sed qn̄ dicit inique definiri? Rn. forte vltra dimidiam iusti pretij, vt ar. C. de rescind. vend. l. si voluntate. & l. 2. Vel (vt puto) iudicis officio expeditur; etiam si minor sit deceptio, dū modo nō minima, vt ff. de in integ. restitu. l. scio. nam non tm̄ sibi committitur in alienis, quātum ipsis dn̄is liceret, vt ff. sol. mat. l. et. §. j. & l. si cōstante. §. si maritus. *Not. abl. lis qd.*

*¶ Ad istam gl. in versic. Vel vt puto. vide Tiraquel. in repet. l. si vnquā. super verbo vel partē. nu. 30. C. de reu. don.]

ADDI. (j) Hoc reprobant doc. quia qn̄ non fuit arbitratus, receditur ab eius persona, etiam si de stando suae sententiae iuratum fuerit. l. si libertus iurauerit. ff. de oper. liber. & ca. quinta uallis. extra de iureiu. Angel.

f¶ *Persoluatur.* Ita quòd fiat accipientis, vt ff. de acti. emp. ex empto. §. j. etiā vsurę post morā, vt ff. de acti. emp. l. Iulianus. §. ex vendito.

g¶ *Tradatur.* Cautè dicit, tradat, & non detur. nam non tenetur facere accipiētis, sed de euictione se obligare, vt ff. de act. emp. ex ēpto. in prin.

¶ Communis & ferè omniū est haec sententia in l. fina. ff. de condit. cau. da conera . quam tamen disputando tenet Fort. Hisp. in l. iurisgentium. in princip. in v. col. ff. de pact.] SYL.

¶ Sed nunquid praecisè tenetur ad rem tradendam? M. dicit quòd sic & facit pro eo quod hic dicit, omnino tradat & c. & ff. de rei vendi. qui restituere. & supra de do. §. alia. sed B. cōtra. dicit. n. eū liberari praestando inte- *Vendi- tor an tenetur praecisè*

rit, vt quanti Titius rē estimauerit, tāti sit ēpta: inter veteres satis abūdeq; hoc [a] dubitabat, † cōstaret ne vēditio, an nō. Sed nostra decisio [b] ita hoc cōstituit, vt quoties sic cōposita sit vēditio, Quāti ille aestimauerit. [c] sub hac cōditione stāret contractus: vt si quidem ille, qui noīatus [d] est ptium definierit [e] tūc † omni modo secundū eius aesti mationem & pretium persoluatur, [f] & res tradatur, [g] & vendi-

† Alias si cōstet vēditio, sine nō.

† Alias omnino.

ad rem tradendam vel ad interesse.

interesse:& facit pro eo. ff. de act. emp.l.j.j.respon.& l.ex empt.§. idē ait.& C.de actio.emp.l.iiij.Sed forte hic posset distingui, an venditor habeat rē, & tunc snīa M. tenet per suas.ll. an nō habeat rem, & tūc aut dolo vel culpa desijt eā hærede,in fraudem puta emptoris, & tūc snīa B.tenet, aut sine dolo & culpa, & tunc nō tenetur venditor, vt infra eod. §. cum autē. esset.n.ualde mirumq; ait B. vt sic compellatur æstimationē pro re recipere, vt ff. si cert. pe.l.ij.§.ij.& C.de fideicō. li.l. fi. Itē sic improbè pacta rumpere, cum prætor dicat, Pacta seruabo.vt ff. de pac. iurisgentium.§. ait prætor. ¶ Concordia gl. communiter tenetur à doct.]

sic relictū,vt C.cō.dele.si duobus§. sed & si quis. sed ibi fauore vltimæ voluntatis,ne pereat. ADDI. Hoc verū intellige cū distinctione, an fuit datū arbitriū cōditionaliter,an nō iuxta l. j. cū materia ff.de le.ij. Itē quo ad substantiā legat.nō quo ad pœnæ cōmissionē vt l. † multa.in pri. ff. de cōdi.& demon.An.

† Aliàs non est, & cæ.

tio ad effectum [a] pducatur:emptor rē qdē ex empto [b] actione, vēditore ex vēdito agēte. Sin autē ille, qui nominatus ē, vel noluerit, vel nō potuerit ptiū definire, tunc p nihilo [c] esse venditionē,quasi nullo ptio statuto. [d] Quod ius cū in venditionib. nobis† placuit, non est absurdū & in locationibus [e] & in conductionibus trahere.

† Aliàs placuerit.

¶ In emptione & venditione ptiū debet esse in pecunia numerata: aliàs est permutatio, q est contractus separatus ab emptione. Aret

¶ Item [f] pretiū in numerata pecunia cōsistere debet. Nā† & in cæteris rebus an ptium esse posset, veluti an homo, aut fundus, aut toga, alterius rei ptium esse posset, valde qrebatur. Et Sabinus, & Cassius[g] ēt in alia re † putabant ptium posse consistere: vnde illud ē,quod vulgò dicebatur,permutatione rerum emptionem & venditionem contrahi: eamq; speciem emptionis & vēditionis ve-

† Aliàs putant.

d ¶ *Pretio statuto*.sine quo esse non pōt, venditio, vt in princi.huius.§.

e ¶ *Et in locationibus*.vt ff. locat. si merces. in prin.

¶ Item pretiū.Casu. Aliter nō figurabit,quia tex.ipse ponit casū & arguit ad partes,& approbat snīam Proculi rōne ipsi,ᵍ quia hic nō allegat,sed in l.j.ī fi.ff.e.quia sicut aliud ē vēdere,aliud emere, sic aliud ē ptiū, aliud merx:qd in pmutatiōe discerni nō pt,vter sit emptor velvēditor. No.q ptiū debet esse in pecunia nume.aliās ē pmutatio,& sic d; discerni à re vendita.Itē q auctor.poetarū pōt allegari.Itē q illa snīa præualet, quæ validioribus fulcit rōnibus.]

sτι.

a ¶ *Ad effectum perducatur*.s.iam dicto modo. s. per traditionem rei & pretij,ut infra qui.mo.tol.obli.§.fi.

b ¶ *Ex empto*.Not. q ex empto emptor, ex vendito venditor agit, vt hic,& ff.de act.emp.l.ex empto.j.respon.& l.Iulianus.§.ex vendito.

c ¶ *Pro nihilo*.vt nec ad boni viri arbitriū recurratur,vt modo diximus: sed legatum,non ideo est pro nihilo

f ¶ *Itē pretiū*. dixit ptiū debere certū esse,nūc dicit q ī numerata pecu.

g ¶ *Putabant*. sed malè,vt ī.dicam.

ADDI.

* ADDI. Pro illorú tñ opi. facit qđ scribit Iustin[9] li. 3. Enim singulas res nó pecuniá, sed cópésatione merciú Lycurgus iussit, auriq; & argéti vsú velut oium scelerú materiá sustulit. ti Achiui. Allimé chalco, allide ethoni sidiro. i. alii certè ære, alij splendido ferro. Alli de rhinis, alij dautisi boessin. i. Alij verò corijs, alij ipsis bobus. Alli dandrapodessi. Alij mancipijs. Vides igitur mentem tex. optimè probari per istud græcum. Græci enim pro vino dederunt aliqui æs, alij ferrum, alij coria, alij ipsos boues, alij mancipia.

tustissimá eéargumétoq; vtebátur † Græco poeta[a] Homeroq aliquá partem exercitus Achiuorú vinú sibi cóparasse ait ꝑmutatis qbusdá reb[b], his verbis[c]

ἔνθεν ἄρ' οἰνίζοντο καρηκομόωντες Ἀχαιοί,
ἄλλοι μὲν χαλκῷ,
ἄλλοι δ' αἴθωνι σιδήρῳ,
ἄλλοι δὲ ῥινοῖς,
ἄλλοι δ' αὐτοῖσι βόεσσιν,
ἄλλοι δ' ἀνδραπόδεσσι.

Diuersæ scholæ[d] auctores contra sentiebát, aliudque esse existimabant permutationem rerú, aliud emptioné & venditioné: alioqui non posse ré expediri[e] permutatis rebus, quæ videatur res venisse, & quæ pretij nomine data esse: nam vtranque videri & venisse, & pretii nomine datam esse, rationé nó pati. Sed Proculi sententia dicentis permutationem propriá esse specié[f] cótractus à véditione separatá, meritò ꝓualuit: cú & ipse aliis Homericis † versib. † adiuuabatur, & validiorib. rationib. † argumentabat. Qd[g] & anteriores diui prícipes admiserút, & í nostris

a ¶ *Homero.* Not. argu. ꝑ auctoritates auctorum & philosophorú sút in causis allegandę sic ff. de solu. si pater. & ff. de iud. ꝓponebať. & ff. đ sta. homi. l. septimo. Sed interdú redarguunť, vt hic, ff. de re. di. in tantú. §. fi. & l. sed diui.

IVL. ¶ De hoc videnda sunt q̃ ponunt doct. in l. j. ff. si cer. pe. & ibi Deci. co. vj. Tñ aduerte quia hic meritò allegabatur, quia tractabatur de proprietate verbi, emptio: quorú verború significatióe poetæ sępę abutunť.]

b ¶ *Rebus.* puta equis.

c ¶ *His verbis.* s. græcis, quæ legi nó possunt. Accursius.

IVL. * ¶ Vide Bud. in Anno. ad Pand. in l. j. eod. titu. & Alcia. li. ij. Prætermis. q. Homericos versus Latinos fecere.]

ADDIT. Hi Homeri versus sunt in septimo Iliados, quorú sensus est: Enthen arinizonto caricomoontes Achei. i. Tunc iam vinú emebát coma

d ¶ *Scholæ.* singularis numeri est hic, sic infra má. §. is qui exequitur.

e ¶ *Expediri.* i. cognosci.

f ¶ *Spěm contract'.* scilicet innominati: nam non habet nomen suum, vt ff. de re. permu. l. j. §. item emptio. Sed quare dicit innominatus, cum ita curiale nomen habeat? Respó. quia illi cótractus sunt nominati, q statim vt fiunt pariunt actioné, vt ff. de pact. iurisgentiú. in prin. siue fiant cósensu, vt véditio, vt supra eod. in prin. siue re, vt mutuú, vt supra quibus mod. re contrahi. obliga. in princ. At permutatio nec ex pacto parit actioné, nec ex re, sed parit ex vtroque, s. postea dudum re interueniéte ex pacto primo, vt substantia-

Aliàs Græci poetæ Homeri.

Expositio græci in textu positi.

* † *Vide Alci. li. Præter. n. ti. de contrahen. empti. vbi Homeri versus reponit.*

† *Aliàs adiuuaretur.*

† *Aliàs argumentaretur.*

Contractus nominati qui sunt.

ſtātialiter colligitur. C. de rerū ꝑmutatio. ex placito. Et ex hoc contractu oritur actio præſcriptis verbis, vt infra de actio. §. actionum. & conditio ob cauſam, vt ff. de præſcrip. verbis. l. naturalis. §. j.

Permutatio duas actiones parit.

Digeſtis [a] latius [b] ſignificatur.

¶ Rei venditæ in ſpecie cōmodum & incōmodū ſpectat ad emptorē etiam ante traditionem; niſi in ea dolū vel culpā vēditor cōmiſerit; cuius noīe cōuenit: & quoties qs ideo tenetꝰ, quia actionem habet, eam cedendo liberatur. Angel. Areti.

¶ Cum aūt emptio & vēditio cōtracta ſit, (quod effici diximus,[c] ſimul atq; de ꝑtio cōuenērit, cū ſine ſcriptura res agitur) periculū rei vēditæ ſtatim[d] ad emptorē ꝑtinet, tametſi adhuc ea res ēptori tradita nō ſit. Itaq;[e] ſi ho

nū eius eſſe debet. Contrariū deciditur hic ea rōne, quia cū teneatur vēditor ad tradēdum, ſi res deſinat poſſe tradi abſq; dolo & culpa ſua, liberatur: & ideo quamuis quo ad dominium pereat ipſi, non tenetur ad præſtationem talis rei, quia liberatur, vt dixi. No. ꝙ emptio dicitur perfecta ſtatim ac de pretio conuentum eſt. Itē ꝙ pfecta vēditione ante traditionem periculū trāſit in emptorem, ſiue in totū, ſiue in parte res pereat. Item ꝙ cōmodū alluuionis ſpectat ad emptorē. Itē ꝙ eius ſunt cōmoda, cuius incōmoda. Itē ꝙ vēditor ēt recepto ꝑtio remanet dñs quouſq; non tradit, & per cōſequens habet actionē perſecutoriā, ſed tenetur eam cedere.]

*ADDITIO. Nota quod ſunt quidam cōtractus nominati, & quidam innominati: de quibus in dicta l. iuriſgentiū in prin. ff. de pact. in l. naturali per totum ff. de præſcrip. verb. & naturam talium contractuum habes in gloſ. vnde dixerunt quidam, quod donatio erat contractus innominatus: quia ex ſe non pariebat actionē, cum detur cōditio ex l. ſi quis argētum. C. de dona. Chriſt.

SYL. ¶ Communis opi. eſt hic, & in l. iuriſgen. ff. de pact. ꝙ permutatio ſit cōtractus innominatus: cuius contrarium diſputādo tenet For. Hiſp. ibi in princ. col. xv. melior tamen ratio eſt, quare dicitur innominatus illa, quā ponit gl. in rub. C. de rerū ꝑmu. & illam magis cōmuniter ſeq. doc.]

a ¶ *Digeſtis*. vt ff. eodem. l. j. §. primo. Accurſius.

b ¶ *Latius*. i. melius & apertius in ff. dicitur quàm hic.

¶ Cū aūt emptio. Caſus Ita figura ri pōt. Quæſitum eſt ante traditionem (perfecta nihilominus venditione) cuius ſit periculū: & videbatur eſſe venditoris, quia res perit domino l. incendium. C. ſi cer. pe. dominus autē eſt vēditor ante traditionē, vt hic dicitur in fine: ergo ipſi perire, & dā

c ¶ *Diximus*. ſupra eo. in princip.

d ¶ *Statim*. Sed certè imnò non ſtatim, ſed nouem ſunt neceſſaria.

¶ *Ioan. Fab.* hic dicit hæc non neceſſaria, ſed ꝙ regula ſimpliciter procedit, ſed fallit in quolibet caſuum ſubſcriptorum.] SYL.

¶ Primò, ꝙ vēditio fiat nō in ſcriptis aliàs, i. ſi fiat in ſcriptis vēditio, non tranſit ad emptorem periculum, niſi mūdum eſſet completū, vt hic, & C. de fid. inſtru. contractus. & C. de peri. & cōmo. rei vendi. cum inter. Itē ꝙ fiat purè, aliàs non perit emptori, licet ſecꝰ ſi facta ſit deterior, vt ff. de peric. & commo. rei vendi. l. neceſſaria. §. ꝙ ſi pendente. Item ꝙ ſit facta vēditio in ſpecie: nā ſi in gene-

Venditione facta nō ꝑtinet ad emptorē periculum rei venditæ niſi ix a concurrant.

re, vt puta vendo hominē, non perit emptori ante traditionē, vt ff. de pericu. & cōmo. rei ven. l. eumq;. & l. ꝙ si neq;. Itē ꝙ sit certa species: quia si sub incertitudine sit vēdita, licet sit species, nō tñ spectabit semper periculū ad emptorē: puta vendo Stichum aut Pāphilū. primus. n. moritur periculō vēditoris, vt ff. de contra. hen. emp. l. si in emptione. §. pe. Itē ꝙ alio modo pereat q̃ publicatione rei: nā tūc nō perit emptori, vt ff. loc. l. si fundus.

gustationē est periculum emptoris: an in genere: & tunc sunt duo necessaria, vt sit emptoris periculo, s. degustatio, & mensura siue pondus: & hoc secundum Ioā. & B. & Pla. vt ff. de peri. & cō mo. rei ven. l. j. in princi. & §. j. Sed Azo. dicit, ꝙ in vino sit speciale, ꝙ statim facta vēditione etiā ante degustationē sit emptoris periculū si sit in specie vēditio, vt ff. eo. l. quod sæpe. §. in ijs. Sed nunquid distinguitur periculū peremptionis à deterioratione, vino vendito in mēsura, † vt in vēditione conditionali diximus modo per l. ff. de peric. & commo. rei ven. l. necessario. §. ꝙ si pendente. vt sic effusionis ad venditorem, acoris & mucoris ad emptorem pertineat? Bul. ait quòd sic, quia hoc sub quadam conditione sit s. si degustet. Sed certè ipsemet mutauit consiliū postea, & merito: quia aliud est in alia condtione, quæ non est in potestate vēditori, aliud in hac quæ in sua potestate est, cum possit denunciare emptori, vt gustet & accipiat: alias pōt effundere, (j) vt ff. de peric. & commo. rei ven. l. j. §. fi. Et sic indistinctè periculū ante mensuram est venditoris.

mo mortuus sit, vel aliqua parte corporis læsus fuerit, aut ædes totæ, vel aliqua ex parte, incendio consumptæ fuerint, aut fundus vi fluminis totus, vel aliqua, ex parte ablatus sit, siue etiam inundatione aquæ, aut arboribus turbine deiectis, longe mi-

* † *Quando dicatur fieri venditio ad mensurā declara secundum Bart. in l. Iulianus. §. si Titius. ff. d. act. emp.*

* ¶ Declara vt per Bar. in d. l. necessario.] Item ꝙ nullum pactum sit in contrariū, ꝙ periculum venditorē respiciat: nā tunc non periret emptori, vt ff. eo. si in venditione. & infra proxi. ver. ꝙ si fugerit &c. siue specialiter esset de casu fortuito dictū, secūdū B. siue generaliter, scdm M. vt diximus ff. si quis cau. sed & si quis. §. quæsitū. ADDIT. Cautela tñ est, vt maximi casus & terribiles exprimātur: quia clausula generalis subsequens nō nisi ad alios minores vel æquales refertur: immò vbi quis tenetur de casibus, intelligitur solū de insolitis & cōsuetis l. si fistulam. §. fi. ff. eo. Ang.] Itē ꝙ venditor non fuerit in culpa vel dolo quare res pereat, vt infra proxi. ver. ꝙ si. Item ꝙ non sit in mora. nam tunc qui vltimā fecit moram, sibi perit, vt ff. de peri. & commo. rei vendi. illud. & hoc est verum hoc casu, siue res peritura erat penes emptorem, siue non, secundum Io. vt ff. de leg. j. cū res. §. si dicet M. distingueret, arg. ff. de rei vēd. l. itē si verberatum. §. fi. Itē ꝙ non sit res, quę degustationē desideret, vt vinum, & zinziber, & similia. Nam tunc distinguitur, an uēdatur in specie: & tūc post de-

* ¶ Vide ad id, quod dicitur de degustatione glo. in l. j ff. de peri. & cō mo. rei vendi. quę secundum Ange. hic dissentit ab ista.]

ADDI. (j) Vel ab eo die in antea petere pensionē vasis. Et hoc verū, quā est appositū tēpus ad mēsurandū, alias debet cōseruare, donec vasa erūt sibi necessaria, & hæc procedūt in vino: secus aūt in alijs rebus, quia propter hoc effundi non poterāt. Aug.

e ¶ *Itaque.* nunc ponit exempla.

a ¶ Pericu-

a ¶ *Periculum est*. facit. ff. de per. & commo. rei vend. l. id quod. & de regu. iur. l. secundum naturam. & supra de le. patro. tut. §. fin.

b ¶ *Venijt*. id est, venditus est.

c ¶ *Neque culpa*. etiam talis, qualis in commodato gratia vtriusque partis contracto venit, vt ff. de pe. & con. rei vēdi. l. custodiam. & ff. commo. si vt certo. §. interdum.

d ¶ *Animaduertēdū*. i. distinguendū.

e ¶ *Susceperit* quod pactū valet, vt hic, & ff. eod. qd sæpe. §. si res & ff. de peri. & commod. rei vendit. l. prima. §. i.

f ¶ *Is casus*. etiam leuissima culpa cōtingens, sm Ioan. nō vero fortuito, licet M. contra, vt C. de pigno. actio. q fortuitis.

g ¶ *Cōdictionē*. s. furtiuā quæ scilicet soli domino dabatur, vt hic, & ff. de condi. fur. l. i.

cuius interfit, non dño: l. cuius. ff. de fur. nimirū, quod venditoris intersit, qui ad actiones cedendas tenetur ex empto, & quod dñium apud eum sit ante traditionē l. eū qui, & l. si vēdidero. ff. de fur. emptoris cōtra nō interfit, qui ex empto agendo sibi consulere possit. E. B.

h ¶ *Exhibere* s. cedendo actiones istas: & hoc qñ nō fuit in culpa aliàs nō libera cedendo, vt ff. pro socio. l. de illo. in princ. quæ est contra.

i ¶ *Et de dāni*. Putasi fuerit res vendita venditori subtracta, vel in ea datū sit damnū, vt in prin. huius. §. nam hæc actio damni iniuriæ domino datur, vt ff. ad legē aq. item Mela. §. legis.

¶ Intellige de directa: nā vtilis datur & nō dño. d. l. item Mela. §. fin. & nota. glos. in d. §. legis. in ver. hæro.

nor aut deterior esse cœperit, ēpto ris dānū ē: cui necesse ē (licet rē nō fuerit nactus) pti um soluere. Quicquid. n. sine dolo & culpa vendito ris accidit, in eo vēditor secutus ē. ¶ Sed & si post emptionē fundo aliquid palluuio, nē accesserit, ad emptoris cōmodū ptinet. Nā & commodum eius esse debet, cuius periculum [a] est. ¶ Quod si fugerit hō, q venijt[b] aut surreptus fuerit, ita vt neq; dolus neq; culpa[c] vēditoris īteruenerit, aīaduertēdū[d] erit, an custodiā eius vsq; ad traditionē vēditor susceperit.[e] Sanè. n. si susceperit, ad ipsius periculum is[f] casus pertinet si non susceperit, securus est. Idem & in cæteris animalibus, cæterisque rebus intelligimus. Vtiq; tamē vendicationē rei, & condictionē[g] exhibere[h] debebit emptori: quia sanè qui nō dum rem emptori tradidit, † adhuc ipse dominus est. Idem ēt est de furti & de dāni[i] iniuriæ actione.

¶ Etiam sub conditiōe potest emptio celebrari: & accidentalia contractus possunt in alterutrum ex contrahentibus celebrari. Aret.

† *Vide §. vendi tæ supra de rerū diui.*

SYL. ¶ Vel quasi, secundum Bartol. in l. i. ff. de condit. fur.]

*ADDIT. Sed cur furti actio, in eū qui rem vendicam surripuerit, venditori competit cū hęc ei cōpetat,

SYL. ¶ Emptio tam. *Casus* In tam notissima regula non figuratur. No. summarium. Item & exempla posita in tex. q̄ venditio potest conferri in alterutrum ex contrahentibus.

a ¶ Pla-

Emptio a ¶ Placuerit. Sed videtur, quod in alterius contrahentis arbitriū conferat emptio, quod esse non pōt, vt C.eo. l.in vendentis vel ementis. & ff.eo. l.quod saepe. §.i. quae sunt cōtrariae. Sed dic rem ipsam hic cō ferri in arbitrium empto ris: aliud si commerciū; vt, Sit tibi empta, si vis: vel pretium pro quanto voles: vt dictis legibus contrariis. (j) Item opponitur: haec vēditio, quae hic fit, non videtur conditionalis, vt ff. eodē. l.iiii. quae est contra. Sed certè ibi fuit empta purè sed resolutio debebat sub cō stitutione fieri: at hic sub cōditione facta fuit: vnde nō potest impleri nisi impleta conditione, vt ff.eo. haec venditio. in prin.

*¶ Vide glo.not.in d.l.in vendentis, C.eodem.]

ADDITIO. (j) Tu dic, quod omnia ista sunt de substantia contractus, quae in voluntatem alterius contrahentium committi non potest, etiā per verba importantia arbitrium boni viri: hic autem non substantia, sed accidens vel qualitas committitur. Angelus.

b ¶ Aureis tot. Puta decem.

(Margin: Emptio in alterius pos- itā arbi- trium con- ferri. — Aliàs u. — Facit ad hunc l.c. de in... cū gl. de iu. utro. & ij. cum glo.i. de eli. & n.fan.)

¶ Emptio tā sub conditione, quā purè contrahi pōt. Sub cōdōne, veluti, Si Stichus ītra certū diē tibi placuerit, †erit tibi ēpt' aureis tot.[b] ¶ Emēs ignoranter rē quae nō est in cōmercio, habet cōtra vēditorē actionē ex empto ad īteresē. An. ¶ Loca † sacra,[c] vel religiosa, itē publica (veluti forū, basilicam) frustra quis sciēs emit: quae tamē si pro pfanis vel priuatis[d] decept' à venditore quis emerit, habebit actionē ex ēpto, quod[e] nō habere ei liceat: vt cōsequatur quod sua īteresē eū deceptū nō esse. Idē iuris est, si hoīem liberū p seruo emerit.[f]

¶ De locatione & conductione.

¶ Locatio pficitur cōsensu eo ipso quod de mercede cōuenit: & in volūtatē tertii merces conferri pōt quēadmodum in emptione, & secundū eius naturā quasi per oīa locatio regulatur. Incerta verò mercede cōstituta, contractus innominatus efficitur. h.d. Aret.

¶ Loca sacra. Casus Ita posset figurari. Valet argumentum de contrahentibus ad vltimas voluntates, & è contra: sed legatum rei, quae non est in commercio, siue scienter siue ignoranter fiat, non valet. §.non solum supra de lega. etiam quo ad praestationem interesse: eadē rationē idē videbatur in emptione. sed contrarium dicitur illa ratione, quia qui se obligauit ad tradendam rem, quae tradi non poterat, in culpa est, & propter culpam tenetur ad īteresse. No. summarium.

c ¶ Loca sacra. quę sunt ista, habes supra de rerū. diui. §.flumina. & §.nullius. & §.religiosum.

d ¶ Priuatis. Redde singula singulis nā priuata contraria est publicę, pfana sacrae & religiosae, & facit. ff.e. l.& liberi. & l.quia. & l.liberi.

e ¶ Quod. id est, quia.

f ¶ Emerit. Ignorans, vt ff.de contrahen.emptio. l.liberi hominis.

¶ De locatione &c. ¶ Textus continuat rubri. Quia locatio est similis emptioni, vt in text. & ff.eo.l.2. igitur post emptionem sequitur videre de locatione. Areti. (Margin: Cōtinuatio.)

Locatio.

Diuisio. LOcatio. ¶ Totus iste titulus diuiditur in quinq; partes. Primò ponit, quod iste contractus habet similitudinem cum contractu emptionis. Secundò illud per exempla declarat. Tertiò, quid veniat in isto contractu. Quartò, ad quid tenetur conductor. Quintò, an iste contractus transeat ad hæredem. Secunda ibi (nam vt emptio.) Tertia ibi in §.(conductor) Quarta ibi (qui pro vsu.) Quinta ibi in fine. (Mortuo.)

¶ Locatio. Casus In declaratiõe terminorum & simplici æquiparatione nõ figurabitur aliter nisi literaliter. Not. æquiparationẽ contractus emptionis & locationis, & quod valet argumentum de vno ad alium. Item quòd quando merces est incerta, agitur præscriptis verbis.]

a ¶ Locatio. Sic. ff. eo. l. ij.

b ¶ Proxima. quo ad trac. & quo ad sententiam.

c ¶ Si de pretio. vt supra titul. j. pretium autem.

d ¶ Si merces. Scilicet certa, & in pecunia numerata, vt ff. deposi. l. i. §. si quis seruũ. & ff. de præscrip. verb. naturalis. §. at cũ do. vnde partiarius colonus, qui partem dño reddit fructuũ, impropriè dicitur conductor, immò socius magis, vt ff. eo. l. si merces. §. vis maior. Accursius.

Colonus partiarius non est conductor.

Et agitur actione personali contra eũ, vt vult ibi Bar. vide th tex. in l. j. §. si quis seruum. ff. depo. & Bal. in l. certi. in iij. q. C. eod. q. tenet, quod agatur præscriptis verbis.]

e ¶ Locatori quidem locati. Sic ut venditori ex vẽdito, & emptori ex empto actio cõpetit, vt supra titul. j. §. pretium. In fi.

f ¶ Supradiximus. vt supra tit. j. §. pretium.

g ¶ Arbitrio. ff. eo. si merces. j. respõ.

h ¶ Qua de causa. Quia dixit certum debere pretium interuenire.

i ¶ Si fulloni. Est autẽ fullo qui lauat, siue tingit, siue polit. Accursius.

LOcatio[a] & cõductio proxima[b] est emptioni & venditioni, eisdemq; iuris regulis consistit. Nã vt emptio & venditio ita cõtrahitur, si de pretio[c] conuenerit: sic & locatio & conductio ita contrahi itelligitur, si merces[d] cõstituta sit, & cõpetit locatori quidẽ[e] locati actio, cõductori verò cõducti. Et q supra diximus[f] si alieno arbitrio[g] prtiũ † promissum fuerit, eadẽ & de locatione & conductione dicta eẽ intelligimus, si alieno arbitrio merces † promissa fuerit. Qua de causa[h] si fulloni[i] polienda curandave, aut sarcina tori[k] sarcienda vestimenta quis dederit, nulla statĩ mercede cõstituta, sed postea[l] tan

† Alia permissum.

† Alia permissa.

Florentinus.

k ¶ Sarcinatori. Sarcinator est qui fracta vestimenta resarcit, vt dicemus infra manda. in fine. Et prius dixisset sartor secundum aliquos à sarcio, cis. Tamen etiam bene stat sarcinator: & dicitur à sarcina: & est propriè ille qui plurimum vestium sumit. & aliquando ponitur pro sutore, vt hic.

* Additio. Fullo est qui curanda & polienda vestimenta accipit. Sarcinator, qui sarcienda: sarcire autem est integrum facere, autore Sex. Pomp.

Additio.

l ¶ Postea. Nota, postea: nam prius re non secuta, id est, nondum tradita ad reaptandum, actio non daretur, vt C. de rerum permuta. ex placito.

a ¶ No-

tū daturus, quātū inter eos cōuenerit, nō propriè locatio & cōductio cōtrahi intelligitur, sed eo noīe[a] actio præscriptis verbis[b] datur.

¶ Si merces cōstit in specie, nō locatio, sed innominatus contractus nascitur: ex quo actio p̄scriptis verbis datur. Aret.

¶ Præterea sicut vulgò[c] quærebatur, an pmutatis rebus emptio & vēditio cōtraheretur, ita q̄ri solebat de locatione & conductione, si fortè rē aliquam vtendā siue fruendā tibi aliquis dederit, & inuicē à te vtēdā siue fruēdā aliā rem acceperit. Et placuit non esse locationē, & cōductionē, sed ꝓpriū genus cōtractus: veluti si cū vnū quis bouem haberet, & vicinus eius vnū placuerit itereos vt perdenos dies inuicē boues cōmodarent,[d] vt opus facerent, & apud alterū alterius bos[e] †perierit, neq; locari, neq; conducti, neque cōmodati cōpetit actio, quia non fuit[f] commodatum gratuitum: verum præscriptis[g] verbis agendum est.

a ¶ *Nomine*. Quasi ex nouo contractu innominato, vt ff. de præscrip. verbis l. prima.

Merces quandoque est certa, quandoque incerta, quandoque nulla.

b ¶ *Præscriptis verbis*. infra man. §. fin. contra. Sed distingue: aut certa merces interuenit: & tūc agitur locati, vt supra eodē in princip. aut incerta: & tunc præscriptis verbis agitur, vt hic; aut nulla: & tunc est mandatum, vt ff. de præscripti. verb. si tibi polienda. & ī cōtrario. ADDITIO. Intellige si res erat solita locari: aliàs secus, vt l. naturalis. §. at cum do. ff. de præscri. verb. Angel. ¶ Præterea sicut & cæt. Casus. Ponitur in text. dum Iustin. exemplificat in quotidiano rusticorum exemplo: in quo prima fronte videbatur dicendum non esse agendum præscriptis verbis, sed potius esse societatem. d. boum, vel commodatum, quia & commodatum gratia vtriusque quandoq; celebratur, vt est not. supra in §. ij. quibus modis re contra. obl. sed contrarium deciditur, quia societas non est, quia dominium aut vsus non sunt communicata: nec commodatum, quia debet esse gratuitum, vt dicitur in textu: nec etiam est permutatio eadem ratione, quia retentum est dominium. Not. summarium. Item no. quotidianū exemplū bonum rusticorū. Itē commodatū gratuitum debere esse.]

c ¶ *Præterea*. Vulgò quærebatur, vt s. titul. j. §. itē pretium.

d ¶ *Commodarent*. Impropriè ponitur, vt sequitur.

e ¶ *Bos perierit*. Sua culpa: aliàs non tenetur, cum vtriusq; gratia cōtractū sit vt hic, & ff. de præscri. ver. si gratuitā. §. si margaritas. & ff. cōmod. si vt certo. §. nūc videndum. j.

†*Aliàs perijt*.

f ¶ *Quia non fuit*. Bona rō vt supra q. b. mod. recontrahi. obliga. §. ij. ver. cōmodata.

Præscriptis verbis agitur tripliciter.

g ¶ *Præscriptis verbis*. Quę cōpetit ex cōtractib' tribus innoīatis, do vt des, facio vt facias, do vt facias vt ff. de p̄scri. ver. l. naturalis. §. i. ij. & iij. ¶ In Facio enim vt des, datur actio de dolo: & Bartol. in d. l. naturalis. §. quòd si faciam. assignat rationem quæ omnia sunt secundū cōmunes docto. sententias. Vide tamen quæ dispu-

disputando contra dicunt For.in l. iurisgẽ.§.& ideo.col.v. ff. de pac. & Præpo.sen.in iiij.casu.q.vi. col.ij.] ¶ Aliàs datur ex pactis incontinenti appositis, vt C.de re.permu.rebus. (j) aliàs dat, quando dubiũ est de nomine contractus, vt ff.de pscrip. verb. l.i.§.fin. & l. ii. iii. & iiii. ADDI. (i) Hoc verum si supra accidẽtalibus apponatur, secus si super substantialibus, vt l. pacta ff. de contrahẽ. emp. Angel.

* ADDIT. Sed cur dicit actio præscriptis verbis? an quod in aliis negotiis essent certæ formulæ, vt Cicero scribit in orat.pro. Q.Roscio; vbi autem nouũ exoriebatur negotium, de quo non erat certa præscripta formula, nouam formulam confringere oportebat, quam prętor iudici præscribebat, ex quo præscriptis verbis agi dicebatur? sic videtur Hotomano in comment. in præd.orat.ex l.i.ff.de præscri.ver.

niente dãno vel interitu rei, ad quẽ spectaret: & primo videbatur ad ipsum emphyteuticariũ pertinere interitũ totius rei; statim ac perfectus erat cõtractus, nõ aliter ac in emptore, vt s. tit.i. §.cũ autẽ.cuius contrariũ dicit ex eo. quia cum dominus remaneat domin9 ei perit. Itẽ quia in emptione ille, q vendit, tenet ad tradendũ: & ideo liberatur interitu sine culpa sua secuto: is verò, qui dat in emphyteusim, tenetur ad patientiã, & sic ad factũ successiuũ l.ex conductu ff. loca. & ideo cum habeat tractũ in futurũ incertũ, periculum semper est ipsius domini. Secundò videbatur, q dam nũ partis rei spectaret ad dominũ sicut in locatione, in qua fiebat remissio ob similia damna. cuius contrarium dicitur ex eo, quia in emphyteusi merces est modica, quæ traditur in cognitionẽ dominii, ideo nõ est in damno sicut in locatione.]

¶ Contractus emphyteuticus, qui perficit cũ alicui res cõceditr mercede in pecunia, vel in spècie constitura, à locatione, & ab emptione ĩ aliquib9 differt, & multipliciter cõuenit cum eis: qui iure ciuili fuit ĩtroduct9. Et ĩ tertius tot9 rei ptinet ad dominũ, & particularis ad emphyteutam. hoc dicit. Angelus.

¶ † Adeo [a] autem aliquã [b] familiaritatẽ inter se vidẽtur habere ẽptio & vẽditio, [c] item locatio & conductio, [d] vt in quibusdã causis quæri solcat, vtrũ [e] emptio & venditio cõtrahat, an

† Ad interpretationem huius.§. vide For. in l. legitima.co. v.ff. de pac.

SYL. ¶ Adeo autem. Casus. In prima parte huius textus non necessariò ponendus est, quippe qui declarat terminos contractus emphytheutici, Cum enim antiquitus dubitaretur, an certa mercede constituta si cõcedebatur perpetuò fundus, esset venditio, q a vtile dominiũ trãsferebat, an locatio, quia remanebat dñs: fuit hęc cõtrouersia sopita per declarationẽ factã, qua vocatus est contractus emphyteuticus, quasi meliorationis. sed bene dubitari poterat eue-

a ¶ *Adeo autem*. Quia iisdem regulis & constitutionibus consistunt, multa ergo habent, inter se communia.

b ¶ *Aliquam*. Aliàs non est in litera, aliquam.

c ¶ *Et venditio*. s.ex vna parte.

d ¶ *Et conductio*. Scilicet ex alia.

e ¶ *Vtrum emptio*. Quod videbatur, cũ talis datio alienatio sit, vt in authenti. de non alie. §. alienationis. coll.ii. quod locatio non facit, vt ff. eod.l.non solet.

a ¶ *An locatio.* Quòd videbatur, cum mercedem soluere teneretur.
b ¶ *Perpetuo.* Aliter accipitur. ff. pro socio. l. j.
c ¶ *Pensio.* In pecunia.
d ¶ *Reditus.* in specie.

locatio [a] & cóductio: vt ecce de prædiis, quæ perpetuò [b] quibusdã fruenda tradũtur id est, vt quandiu pensiò [c] siue reditus [d] pro his domino præstetur, † neque ipsi conductori, neque hæredi ei, cuiuè cóductor hæres, uè eius id prædiũ vẽdiderit, aut donauerit, aut dotis noie dederit, alioue quocunq; modo alienauerit, [e] auferre [f] liceat. Sed talis cõtractus, qa inter veteres dubitabatur, & à quibusdã locatio, & à quibusdam venditio existimabatur, lex Zenoniana [g] lata est, quæ emphyteuseos [h] contractus † ꝓpriã [i] statuit naturã neque ad locationem, [k] neque ad vendi-

e ¶ *Alienauerit.* Cũ multi sint modi alienandi, ut ff. de publi. l. iii. & iiij. v. & vj.
f ¶ Auferre liceat. interdum autem datur ad certum tẽpus, interdũ in tertiam personam vel generationem, cũ oĩa pacta super hoc cõ tractu habita valeãt, ut infra proxi.

Emphyteusis datur ad uaria tẽpora.

Sed ecclesia dat ĩ emphyteusim vsq ad tertiam generationem tantũ, ut in auth. de non alie. coll. ij. §. emphyteusim. Vel (vt puto) etiã in perpetuum, dabit, ut quilibet priuatus, ut hic, & in auth. de alie. & emph. §. licentiam. coll. ix. Accur. floren.

SYL. ¶ Ange. hic distinguit, ꝙ aut seruat̃ in alienatione solemnitas requisita: & valet. & transiret ad omnes: aut non, & non ualet. c. j. de re. eccle. nõ alie lib. vj.

g ¶ *Lex Zenoniana.* vt C. de iure emphyteu. l. j.

Emphyteusis unde dicitur.

h ¶ *Emphyteusos.* Emphy grecè, latinè dicitur melioratio: hoc iõ, quia olim tantum sterilia dabãtur, ut meliorarent̃: sed hodie non tm̃ sterilia dant̃, sed ẽt fertilia, nisi in ecclesia q̃ dat sola ea, quæ, congrua videntur œconomo & aliis gubernatoribus ecclesiæ. sic. C. de sacrosan. eccles. auth. perpetua quoque. Accur.

i ¶ *Propriam.* Agit ergo cõdictione ex lege ad oĩa obseruãda, quæ cõueniunt. Sed nũquid emphyteuta põt alii dare in emphyteusim? Respondeo sic, ut in hoc. §. & in auth. de non alie. aut permu. §. alienationis. cola. ij. Itẽ nunqd illud vtile dominium, qd̃ solũ hẽt, trãsfertur in eũ? Rñ. sic, cũ rei vẽdicatio vtilis sibi det̃, ut ff. si ag. vec. l. j. & ij. Sed qualiter aget † Cõ primus emphyteuta cõtra secundũ, vt eũ expellat? Rñ. rei vẽdicatione, quæ licet de iure sibi non cõpetat, exceptio tamen opponi non potest, quia replicaret̃: & si cnon dominus dominũ uincit, ut, C. de trans. l. vbi. vbi de facto tantum agit & vincit, & ff. de excep. rei. iudi. si quis rem. Vel verius, aget præscriptis uerbis. Vel dic, ex lege Zenonis ad mercedem.

Cõ or. cum hoc. tex. c. ut & cũ gl. in pri. ext. c. ti.

SYL. ¶ Cõis do. resolutio est, ꝙ si requisito dominio primus emphyteuta fecit secundum, & eũ induxit in possessionem iuxta formã l. fi. §. necessitatem. C. eo. tunc dñs agit cõdictione ex d. l. fi. si verò propria auctoritate, & tunc dñs põt eũ expellere, & agere rei vẽdicatione, nõ condictione ex l. quia illa est actio personalis. §. sic itaque infra de act.

Emphyteusis a locatione in specie differt.

k ¶ *Neque ad locationem.* Immò differt in vij. Nam hic ẽt in spẽ pstatur pẽsio, sed ibi in pecunia tm̃, vt hic scripsi-

tionẽ[a] inclinantẽ sed suis pactionibus fulciendã: & si quidẽ aliquid pactũ fuerit, hoc ita obtinere, ac si naturalis [b] esset contractus: sin autem nihil de periculo rei fuerit pactũ, tunc si quidẽ totius rei interitus accesserit, ad dominum [c] super hoc redũdare periculum: sin aũt particularis, [d] ad emphyteuticarium huiusmodi damnum venire: quo iure vtimur. [e]

¶ Cum dominium rei concessæ transit pecunia pro mercede constituta, emptio non locatio dicitur. Areti.

scripsimus. Itẽ hic possidet naturaliter si ut fructuarius, vt.ff.de acq. pos. naturaliter. sed conductor non vt C.cõmu.de vsuc.l.j. Item hic hẽt dominiũ utile, sed cõductor non, ut ff.eo.l.nõ solet. † Itẽ hic cõtractus sit in immobilibus tantum, ille ẽt in mobilibus, vt in auth. de alie. & emphy. §. licẽtiam. col. col.ix. Item hic agiẽ con dictione ex lege, ibi ex conducto. Itẽ hic cõtractus iuris ciuilis est, ille naturalis, vt hic dicitẽ. Itẽ est hic in scriptura, ille ẽt sine ea, vt C.de iu.emphy. l.j.& supra de obli. ex consensu. & supra co.in princ.

† Nisi cõduxisset ad nõ modicũ tẽpus, ut ff. l. ager vect. per totum. Iab.

SYL. ¶ Hec procedunt in cõductione ad modicum tẽpus, sed in conductione ad longum tempus adhuc sunt differẽtiæ: quia in locatione remittitur pẽsio ob sterilitatẽ, in emphyteusi nõ. Itẽ in caducitate, quia emphyteuta non cadit, nisi per trienniũ steterit q̃ nõ soluerit, conductor verò secus. Itẽ quo ad melioramẽta, quia colonus repetit, emphyteuta verò non, vt tradit Ias. in l.j. in gl. C.eo.]

Emphyteusis differt a venditione in tribus.

a ¶ *Neque ad venditionem*. quia hic pensio p̃statur, ibi res liberè trãsit. Itẽ ad hoc res reuocaẽ, sed ab emptore non per venditorem, vt C.de rei vẽ.l.in ciuile. Itẽ hic utile trãsit dominium, ibi directum, vt supra de re.diui.§.per traditionem.

Ius gentium dicitur ius natur ale

b ¶ *Naturalis*.i.iurisgentiũ, qd[r] naturali ratione est inductum, ut supra de iu.na.§.quod verò hic.n. est de iure ciuili, vt & alii, ut iufra de act. §.de constituta pecunia.

c ¶ *Ad dominum*. Vt pensionem nõ habeat.

d ¶ *Particularis*. Idest, medietatis vel minus, secundum M. & Io. arg. ff. de vsufr. etiã & de ver. signi. nomen filiarũ. §. portionis. & ff. de dam. infect. inter quos. §. damni. & de contrahen. emptio. domũ. Nos dicimus si aliquid ẽt parũ remansit, damnum emphyteutæ esse, arg. huius. §. & C. eodem. l. prima. De hoc dantur tales versus: Res periit tota, tũc nihil dabit emphyteuta. Si pro parte perit, non ita liber erit.

Emphyteutica rei si pereat, cuius sit damnũ.

Additio

¶ Alii dicunt iudicis arbitrio relinquendum, vt dicit hic Christo.]

Emphyteusis

SYL. *duo pacta continet.*

d ¶ *Vtimur*. Sunt & duo alia naturalia siue tacita pacta in hoc cõtractu: vt de reiiciendo emphyteutam si non soluerit pensionem per triennium, vt C. eodem l. secunda. §.j. & in auth. de non alie. §. scire. coll. ij.

¶ Hæc vera, nisi celeri satisfactione morã purgauerit c. potuit de loca. quæ arbitrio iudicis remittitur attẽta qualitate personarũ & tẽporis.]

¶ Item & si velit emphyteuta vendere, quòd domino primo denunciare debeat, vt C. eo. l. fi. §. j. Accur. †

ADDIT. Quod dictum est emphyteutam posse expelli nõ soluta pensione per triennium, verum est in emphyteuta priuati, quoniam emphyteuta ecclesiæ cessans per biennium

† Vide Bar. Cæpol. in trac. cautelarum cau. xxij. cõsilium qui ponit cautelam, ut emphy. emphyteutica possit alienare

irrequisito domino. nium in solutione expelli potest, au then.qui rem.C. de sacrosan. eccle. & nota.C.de iure emphy.l.secunda. & extra de loc.cap. potuit. & in authen.de non alie.§. scire, col.secunda.Sed in simplici colono indistictè biénium expectatur vt. ff. loca. quæro. §.inter locatorem.

Iste. §. vsque ad. §. Pœnales. tractat de tribus actionibus personalibus & prętorijs. Et hoc principium vsq; ad §. actiones aũt. diuidit, quia in principio pmittit de actiõe, de constituta, & de peculio, itẽ de iuramẽto in gñe: secũdo in specie & de vnaquaq; dicit. Secũda ibi (De cõstituta.) Itẽ prima subdiuidit, quia primo ponit qualiter olim erat i actione de constitura & receptitia: hodie vero, sunt omnia redacta ad constitutam. Secunda ibi (Sed ex nostra.)

SYL.

[c] Casum nõ expedit in hmõi declarationibus nisi litteraliter figurare. cũ. n. Impe. narret atq; exponat, qualiter à prætore inductæ sunt actio de cõstituta pecunia, quę receptitia dr, & actio de peculio seruorũ, & actio ex iuramento, & quod ille dicit teneri de cõstitura, q sine stipulatione debitũ se soluturũ cõstituit, non est in hmõi perquirenda rõ dubitandi & decidẽdi. Not. ergo prætorẽ induxisse actiones psonales. Itẽ quod iure antiquo fuit actio receptitia, q plenior erat: quippe in ea veniebãt ẽt nudo pacto oia, siue in genere suo functio

nem reciperent, siue non, vbi in actione de constituta solū veniūt ea, quæ functionē recipiunt. Quæ autē fuerint de actione receptitia transfusa in constitutā pecuniā, videre potes in l. receptitia. C. de consti pecu. Itē no. q quāuis aliqd sit de receptitia transfusum in constitutam non per hoc amisit proprium nomen constitutæ. Itē q l. correcta nō est amplius reputāda nec allegāda in numero legū. Itē quòd actio de peculio & iuramēti est prætoria. Itē no. qui teneant, de cōstituta. Et pro intellec. hu9 tex. in versic. de constituta. vide Hiero. Veriū Senē. in rep. rub. ff. de verb. obl. colū 45.]

¶ In psonā[a] quoque actiones ex sua iurisdictione propositas habet Prætor: veluti de pecunia[b] constituta. Cui[c] similis videbatur Receptitia: sed ex nostra constitutione,[d] cum & siquid plenius habebat, hoc in actionem pecuniæ constitutæ transfusum ē, & ea[e] quasi superuacua iussa est cū sua auctoritate à nostris legib. recedere. Item Prætor[f] proposuit actionē de peculio seruorū filiorūq; familiàs, & eam, ex qua quæritur, an actor iurauerit & alias[g] cōplures.

¶ Actio de cōstituta pecunia datr̄ in eū, qui p se vel alio se cōnstituit soluturum, & ex nudo pacto. oritur. Et vbi habet locum remedium ordinariū, ad extraordinariū nō est recurrendū. Ang. Are.

¶ De constituta autem pecunia[h] cum omnibus[i] dicas.

a¶ *In personam.* q.d. dictum est de realibus prætoriis, sequitur de personalibus pretorijs: licet & de quibusdam personalibus supra interposuerit in §. item si quis.

b¶ *De pecunia.* Vt ff. de consti. pec. l. j. in principio.

*ADDITIO. Est autem constituere (vt docet hic Hotoma.) id quod iam debetur, daturum facturumve pro se vel pro alio pmittere, quod Græci dicunt. κατατάξασαι.

c¶ *Cui similis.* s. quo ad quædā: quia vtraque dabatur, vbi quis constituebat se soluturum pro se vel alio: sed & dissimilis videbatur, quia actio de constituta pro ijs tantū rebus in cōstitutionē deductis competebat, in quibus mutuū consistit. s. quæ pondere, numero, & mensura continentur: sed receptitia, quando aliæ res in constitutionem deducebant: sed hodie pro omnibus cōpetit actio de constituta, cum oēs res appellatione pecuniæ contineantur, vt C. de consti. pecu. l. 2. §. pe.

d¶ *Constitutione.* Vt C. de constitu. pecu. l. 2.

e¶ *Ea.* s. receptitia. Accu.

f¶ *Item prætor.* Hæc capitula exponuntur infra proxi. §. & ideo hic non.

g¶ *Et alias.* de quibus dicet infra. §. pœnales.

h¶ *De constituta autem pecunia.* Id est, hac actione, quę sic vocatur.

i¶ *Cum omnibus.* s. aptis aliàs obligari pro se. vbi pro se interuenit constitutio; vel pro alijs, vbi pro alijs interuenit constitutio. sic ergo furiosus, † cum nec pro se, nec pro alijs obligetur, nec constituere se debere potest. Idem in prodigo & in similibus. Item mulieres, cum aliàs pro se tantum obligentur, & non pro alijs, vt ff. de constituta. pecunia. lege prima. §. primo & secundo.

† Idem de pupillo. Ang.

¶ Con-

agitur, quicunq; pro se vel pro alio soluturos se cōstituerint, [a] nulla [b] s. stipulatione interposita: nā alioquin si stipulanti promiserint, iure ciuili [c] tenentur.

¶ Ex contractu filii vel serui tenetur pater & dominus peculio tenus de iure prætorio. Angel.

¶Actiones autē

---

a ¶*Constituerint*. Vt puta per hæc verba, † Constituo me soluturum quod ego vel ille debet: & similia, vt ff. de constit. pecu. qui autē in fi. & l. seq. † Et hoc ita, si sit debitū qđ præcedat: siue ciuile & naturale simul, siue naturale tantū, siue prætorium: secus si ciuile tantū, vt ff de constitu pec. l. j. §. pen. & fi. & l. 3. §. j.

b ¶ *Nulla*. Ergo ex nudo pacto oritur actio hic, quod est contra ius commune positū. ff. de pac. iurisgentiū. §. sed cū nulla. & §. quinimmo. & §. idem Marcellus. & §. idem responsum. & C. de pac. l. legem. Et est hoc ideo forte speciale, quia sicut vnum pro eo qui constituit inducitur, vt non teneatur nisi elapsis decem diebus, vt ff. de constitu. pecu. promissor. cum aliàs statim teneatur, vt ff. de verb. obli. eū qui calēdis. §. quoties. & de verb. sign. cedere diē. sic & aliud contra eū, vt ex nudo pacto teneatur, vt ff. de iureiuran. eum qui. in prin. Sunt & alij adhuc sex casus, in quibus ex nudo pacto oritur actio: vt ecce in donatione hodie, licet olim fuerit necessaria stipulatio vt C. de dona. si quis argentū. §. sin autem. † Itē si mulier dotē sine stipulatione dare marito conuenit, vt C. de do. pro. l. ad exactionem, & de rei vxo. actio. l. j. §. j. † Item si quis ob honorem decretū vel decernendū pali pollicitus fuerit. i. sine interrogatione, vt ff. de pol. l. j. §. j. & l. pactū. Item in nautico fœnore, vt ff. de nau. fœno. l. periculi. in fi. † Itē in accessione frumenti, vel vini, vel olei, vel ordei, vt C. de vsur. l. frumenti, † Item in vsuris ciuitati promissis, vt ff. de vsu. l. etiā. † Aliàs autem propter sui frigiditatem nudū pactum actionē parere non potest.

ADDITIO. Adde alios casus: vt puta in curia mercatorum, arg l. Quintus mutius ff. manda. & ibi Bar. Itē si fieret in iudicio: quia tūc fingitur stipulatio. Item quādo per pactū nudum aliquid abest patri, si non seruet promissa: quia contra non seruantē datur actio de dolo vt est tex. no. in l. & elegāter. §. fin. ff. đ dol. vt hic p dot.

c ¶*Iure ciuili*. Vel actione ex stipulatu, vbi incertū est in stipulatiōe; vel condictione certi, quæ ex stipulatione oritur, vbi est certū, vt s. de verbo. oblig. in prin. quę stipulatio est à iure ciuili inducta, vt hic, cū de iure gentiū ipsa nō fuerit; licet alij cōtractus fuerit de iure gentiū, vt supra de iure natu. gent. & ciui. §. ius aūt. nō aūt dicitur ideo de iure ciuili, quod nō habeat in se vinculū naturale; immo habet; quia sine cōsensu nō valet; qui consensus est de iure naturali, vt ff. de pact. l. j. §. penul.

¶Adde quod Albericus & Oldradus fuerunt in opinione per hunc textū, quod in stipulatione non inesset consensus naturalis, nec haberet naturale vinculum; tñ contrariū verius est, vt dicit glo. & ad hunc textū, dic quod nō negat quin etiā stipulās naturaliter non teneatur, licet dicat iure ciuili teneri, & si fortius induceretur, quod textus hic voluerit facere differentiam inter contractum de constituta & stipulationis, & sic quòd in primo sit naturalis æquitas. l. prima. ff. de constitu. pecu. in stipulatione ergo non sit; responde, quòd noluit facere talem differentiam, [illegible] communiter [illegible] intelligitur

Marginal notes (left):

† Idem Plac. & Ias. & ē de mēte aliorum.

† Et iuxta hanc glo. ponit hic Ias. vnum notabile; quòd si quis cōstituat Titium fideiussurū pro se, valebit, tale constitutū, secus si nō pro se, sed alio, vt hic per eum.

† Ista glo. cōiter reprobatur per doc. quia etiā hodie nō oritur actio ex pacto, sed condictio ex leg propter ipsum pactum. & illa l. x habet locū in dona. cau. mor. & propter nu-

Marginal notes (right):

plus, & in diuinioe præsumpta Ias.

† Iste. § nō procedit hic, cum fingatur tacitè stipulatio Ias.

† In cā est periculum, quod in se suscipit credi.

† Ratio prātitaer toe!t sps ter necessariū vsū victualiū. Ias.

† Hoc fœnore SYL. publico introductum est. Ias.

Stipulatio est de iure ciuili.

lest

sed voluit ponere differentiam inter actionem prætoriam & ciuilem, de qua facta fuit diuisio supra in §. sed istæ. quã prosequitur etiam in hoc.§.dicẽdo quòd actio de cõstituta est prætoria, nisi inter ueniat stipulatio: nã tũc est ciuilis: & sic intellige verba textus aliter quàm ab alijs intelligantur. scilicet vt dicat iure ciuili teneatur, ergo non prætorio: nõ, ergo nõ naturali, & hũc puto verũ sensum huius tex. pellant eas actiones, vt hic. Sed verius est, vt adiectiuè ponantur: sic. n. dicitur, mandati actio de peculio, vt ff. de pec. l. iij. §. cui cõgruit. † Accu. b Patrem. Scilicet respectu filij. Accursius. c Dominum ve. Scilicet respectu serui: sunt enĩ correlatiua. d Ipso iure. Scilicet ciuili: quod non vult, vt alter ex alterius persona obligetur: & sic pater nõ debet teneri pro filio † inspecto iure ciuili. sic eo inspecto pro seruo nõ debet teneri dñs: quia seruus pro nullo est inspecto iure ciuili, vt ff. de reg. iur. qđ attinet. Sed tñ prætor æquitatẽ cõsiderat, vt quia peculiũ quasi patrimoniũ est filij vel serui, vt subijcit: quia peculium est quod sibi quis parsimonia quærit, vt ff. de pecu. peculium. verè tamen nõ est patrimoniũ filij peculiũ, vt C. de inofficio. testa. l. fin. in fine. Item nec ser ui, vt ff. de verborum obligat. liber homo. ij. Ideo tamen, quia quasi patrimonium est, partẽ pro filio, dñm pro seruo teneri dicit. Diligenter tamen distingue, vtrum contrahat filius vel seruus, vel quasi contrahat. Item vtrum delinquat, vel quasi. Si cõtrahat quilibet illorum, dominus vel pater actione ex eo contractu tenetur in peculium: in cuius condemnatione deducitur ex ipso peculio quicquid seruus naturaliter domino debuit: vt quia dominus seruo mutauit, vel aliàs secum contraxit. Item deducitur quod debetur ijs, q. sunt in potestate domini, vel tutela, vel cura, cũ videatur dominus præuenisse, vt ff. de pec. sed si damnũ. §. j. &

* † Peculium diffinitur à Iurisc. ĩ l. depositi. §. fin. ff. eod.

† Ista sũt cuncta opi. communiter tenetur p doct.

† Verũ valeat statutũ, quo c ue tur vt pater teneatur pro filio legi to hic, Ias.

Seruus p nullo reputat

Peculiũ est pecunia quæ parsimonia quæritur.

Patres pro filius & domini pro seruis teneantur.

Actio d peculio.

ꝯ peculio[a] † ideo aduersus patrẽ[b] dominumve[c] cõparauit Prætor, quia licet ex cõtractu filiorum seruorumve ipso[d] iure nõ teneãtur, æquum tamẽ est peculio tenus (quod veluti patrimoniũest filiorũ filiarumq;, itẽ seruorum) condemnari eos.

¶ Si quis iurauerit aduersario deferente in iudicio, datur ei ex sacramento actio. Angel. Areti.

4 T2. ¶ Actiones autẽ de peculio. Casus positio pendet à superioribus, colligiturq; ratio dubitandi & decidẽdi ex ipso textu. Videbatur enim, quòd pater & dñs, tanquã qui se nõ obligauerint in aliquo, non tenerentur ex contractu filij vel serui, cũ nemo sine voluntate sua alteri obligetur. Sed contrariũ decisum est ex æquitate, quã semper prætor intuetur vt dñs & pater teneantur quasi castrẽsi peculio. cum enim peculiũ hoc tanquã quid vniuersale peruenerit ad patrem vel dominum, æquũ est vt teneatur quatenus est in peculio. videtur enim ꝙ pater & dñs ex cõsensu ipsorum obligentur, saltem præsumpto, ꝓpter concessionẽ peculij. Not. quod actio de peculio est prætoria. Item quòd peculiũ dicitur quasi patrimoniũ serui vel filij. Item not. figurã loquendi ibi, peculio tenus.] a Actiones. De peculio. Volũt quidam dicerem hæc esse propria nomina actionum: scilicet de peculio, & de in rem verso, & quod iussu: item exercitoria, & tributoria, & institoria, ex eo quòd leges plerunque ap-

j. & ij. obligatur enim seruus domino naturaliter, vt supra de fideiuss. §. j. & sunt hæc cõmunia in seruo & filio, excepta causa mutui, ex qua nec filius nec pater tenetur.

S Y L. ¶ Item in voto. l. si quis rem. §. voto. ff. de pollicita.]

¶ Secus in seruo, vt infra titulo primo. §. illud. & C. ad Macedo. l. penul. Item quę dicta sunt quando contrahit filius vel seruus, eadem & quando quasi contrahit: vt si alterius negocia gessit, vt ff. de nego. gest. si filiusfamil. Præter hanc actionem de peculio adhuc pater vel dñs quãq; tenetur de in rem verso. quando scilicet filius in rem patris, vel seruus in rem domini conuertit: & est insolidum vsq; ad quantitatem versam, vt j. tit. j. §. præterea. Azo. Sed de peculio agitur, quatenus peculiũ durat, vt infra eod. §. sunt præterea. & infra titu. j. §. præterea. Item est actio Quod iussu, quæ est insolidum, quando filius vel seruus iubente domino vel patre contraxit: videtur enim cõtrahi cum ipso patre vel domino, vt ff. quod iussu. l. j. in princi. & l. final. Itẽ sunt & aliæ tres: scilicet exercitoria, quę datur contra dominum nauis, qui præposuit magistrum nauis seruum suum, & eius rei gratia contractum fuit: & ideo dicitur exercitoria, quia exercitor dicitur domi nus nauis. Item institoria, quæ habet locum, quando aliquis seruum suum tabernę vel statiõi præposuit. † Item tributoria, qua agitur ita, ꝙ dominus vocatur in tributum, vt in fra titulo primo. §. introduxit, &. §. institoria. &. §. primo.

Actio de in rem verso.

Actio quod iussu.

Actio exercitoria.

Actio institoria.

† In ista materia vide casum singularem in l. fi. ff. de exercitoria.

S Y L. ¶ Adde tamen, ꝙ omnes istę actiões de peculio, de in rẽ verso, quod iussu, institoria, tributoria, exercitoria, non sunt actiones, nec propria nomina actionũ, sed adiectiones & qualitates: quod vtile est propter naturã, scilicet bonæ fidei vel stricti iuris, vt dicit hic Iaso.]

¶ In delictis autem & quasi delictis idẽ olim seruabatur in filio & seruo, vt pro noxa dari possent, vt infra de noxa. in fi. ti. Sed hodie pro seruis tãtum agitur noxaliter, vt ibi dicitur: & pro delictis, vt j. de noxa. in prin. & ff. de noxa. l. j. & in quasi delictis: vt si seruus habitãs cũ domino habuit suspensum vel appensum, vel effudit aliquid, qđ alicui nocuit, vt ff. de ijs qui deiece. vel effude. l. j. §. si seruus. & l. si verò. §. ptor. nisi in duob9 casibus, vt ff. de iis q deiece. vel effu. l. j. §. cũ seruus. vbi non habitat cũ domino: & ff. de minori. ꝙ si minor. §. si seruus. Porrò licet ĩ delictis & quasi agat noxaliter, tñ & de peculio agit, si locupletatus ẽ dominus, inquãtũ id peculium locupletius est, vt ff. de iudiciis tã ex cõtractibus: & ff. de peculio. lege licet. §. ex furtiua causa.

¶ Item si quis &c. Casus Literaliter figurari potest: ratio autem dubitandi ea poterat esse, quia inducta ad vnum effectũ non solent diuersum operari: sed iuramentum, quod à reo defertur actori, ad hoc tantũ deferri videt, vt ꝓbatio fiat, & vt ex eo cõstet an & quid debeatur: vnde tantũ modo probationem inducere debere videbatur, non autẽ actionẽ: actio .n. oriri videbatur ex eo contractu, quo agebatur, probatio autẽ aut releuatio ab onere probandi insurgente ex ipso iuramento. Cuius contrariũ deciditur ĩ hoc textu: in quo dicitur, ꝙ iustissimẽ prætor accommodat ei talem actionem in factum, ꝑ quam nõ illud quæritur, an pecunia debeatur, sed an iurauerit. Vinculũ .n. hoc iuramenti tãtæ est auctoritatis reo deferente, vt nõ solũ ꝓbationẽ, sed actionẽ inducat: licet vtrunq; inducere possit: si quidẽ quando causa adiecta & cũ expressione conuentionis iuratur: puta me petente ex causa venditionis vel mutui, si reus iuramentum deferat, & ego iurem, oritur non tantũ actio in factũ ex iuramẽto, sed ẽt vtilis ex eo cõtractu quo agitur: & licet dict[illegible]

iuramentum inducatur ad probationem, nihilominus quia deferente adversario & me acceptâte oritur quædam tacita cōuentio standi iuramento, iustissimè prętor mutuo cōsensui actionē accōmodauit. Nota. q iuramētū litis decisiuum habet vim plenę probationis. Itē q ex eo rioritur a C. in factū. Item q prestatur altero ex collitigantibus deferente, & non aliter. Item q statim est iurandum, secundum aliquos. Itē virtutem hanc iuramenti.]

¶ Item [a] si quis postulāte [b] aduersario iurauerit [c] deberi sibi pecuniam, quam [c] peteret, neq; ei soluatur, iustissimè [e] accommodat ei talem actionem [f] per quam non illud quæritur, [g] an ei pecunia debeatur, sed an iurauerit.

*ADDIT Putat aūt Franc. Hotoma. hic Prætoris edictum non nisi in eo iuramento locū habere, quod cōuentionale ad exemplum stipulationū conuentionalium dicere possumus. hoc est, quod ex pactione vtriusque partis quasi iudicis ac disceptatoris officio fungitur.

a ¶ *Item si quis.* Scilicet actor.

b. ¶ *Postulante.* i. petente reo vel deferente. si enim sine volūtate aduersarij iuraretur, nihil proficeret iuramentum, vt ff. de iureiur. l. iij. in pri.

c ¶ *Iurauerit.* Vel ei remissum fuerit, vt ff. de iureiur. nō erit. §. fi. & l. seq. & C. de re. cre. actori.

ADDIT. Idem si post acceptatum iuramentum etiam, antequam iuretur, pæniteat, deferentem : quia habetur pro remisso.

Actio cōdictitia petens actori qui reo defe rente iurauit, qua lis est. d ¶ *Deberi.* Sic simpliciter. s. nō adiecta causa quare debeatur quod informiter dicimus: si autē cū forma, velu ti q a vēdidi, tūc agitur actione vtili ex eo contractu, nata ex sacramēto, cū pro veritate accipiatur; & aduersario similiter actionē tribuit, ac si verè contractus præcessisset. Idē est in alijs contractibus. vt ff. de iureiu. si duo. §. si quis iurauerit. & §. idem dicemus. & §. Marcellus. Item circa actionē realē, si rē suam esse iurauerit, datur actio in rem vtlis : præterea in factū contra deferentē tātum vel hęredē, vt ff. de iureiur. l. nā postea. §. fi. & l. seq. Et ita actori interdū datur in factum, interdū vtilis ex eo cōtractu, & vtilis in rem. Ex parte autem rei, si iurat in actione personali, tunc exceptionem tantum parit: si autē in actione reali tunc distinguitur an iurauerit rem petitoris nō esse, quo casu exceptio tantū datur : an suā esse, quo casu ēt actio, si res ad actorem redeat, nō cōtra alium. & hoc quod dixi in actore habet locum si nitatur ex sacramēti delatione: sed si nitat ex traditiōe facta occasiōe iurisiurādi, tūc publiciana dat cōtra quēlibet; cū sit insta cā traditionis, vt ff. de iureiuran. nā postea. §. fi. & l. q a & l. sequē. & d publicia. l. j. in fine vsq; ad legē eū qui. Nec obstat in eo. tit. l. enim q. §. si petenti. quia ibi verbum, duntaxat, dominum tantum excludit, contra quem publiciana non datur, vt ff. de publi. l. pen. & fina.

Iuramē tum rei quando que exceptionem quādoq; actionē parit.

ADDIT. Hæc glo. in ista parte fin. reprobatur. vide hic ad longum per do. Iaso.

e ¶ *Iustissimè.* Quia propter sacramentum datur.

f ¶ *Actionem* in factum, vt C. de reb. cre. actori.

g ¶ *Non illud quæritur.* etiam si periurium vellet probare, quia sufficit diuina vltio, vt ff. de dol. l. q si deferente. & l. seq. & C. de reb. cre. l. ii. nisi in casibus, vt C. de reb. cre. l. fin. & ff. de iureiur. admonēdi. Et no. q hoc sacramentū, quod est de re, vt ff. eo. quoties. i. d veritate, vt ff. ad leg. Cor. de

Iuramē tum triplex est.

de fal.l j.§.qui i rõnibus.triplex inuenitur.volũtarium,quod ex volũtate datur,suscipitur,& recusatur,&extra iudicium fit,ut ff.eo.l. iusiurãdũ quod.Itẽ necessariũ.quando necessitate imposita à iudice deferẽ & susci pitur.vt arg. ff.de in litem iurã.l.fi. Nec .n.põt hoc sacramentũ referri, vel recusari,nisi ꝓtendatur iusta causa recusationis, † vt C.de re. cre.generaliter.§.sinautẽ. Itẽ iudiciale quod sic dicitur à iudicio:qñ.s. pars parti sacramentũ in iudicio defert;qđ nõ est necesse subire,sed potest recusari & referri, vt C. de re. cre.delatã & l.generaliter.§.sinaũt. sed iure veteri non poterat recusari vt ff eo.manifestæ.†Sed secundũ P. ita demũ actio in factũ dat ex sacramento,si sentẽtia nõ subsequatur:aliàs quare oriretur actio in factũ, cũ ex snia eadẽ nasceretur,vt C. de re. cre.actoriSed nos cõtra†licet.n.duę sint,& ad idẽ,& eodẽ noĩe,nõ nocet vt ff.de actio.empti.nõ est nouũ. & ff.de fideius.hæres à debitore. semel tñ fiet exactio tãtũ,vt ff.de ver.obl. qui bis. & de re.iur. bona fides.

† *Puta quia iã probauit vel se offert probaturũ. c.n. extra de probat. Itẽ si semel reuocatũ velit pars iterum deferre vt l. si quis iusiurãdũ. C.de re. cre.*

† *Cõis o-*
ᴀ ʏ ʟ.
pi. est, ꝙ d.§. fin. autẽ. de claret, nõ corrigat l.manifeste, vt hic late per Ias.
† *Istam gl. cõmuniter approbant doct.*

¶ Pœnales quoq;.. Casus In diuisiõe literaliter est figurãdus:cũ.n. Imperator dixisset de prætorijs actiõibus rei ꝓsecutorijs, cõsequẽs est vt đ pęnalib⁹ subiiciat.cũ.n.in ꝓsecutorijs res petat vt principale debitũ,in pęnalibus petitur vt pena.licet.n.videretur rei ꝓsecutoriæ ẽt iste pœnales actiones quia ꝓsequuntur pænã,quæ pœna res est, tñ dicuntur pœnales, quia rem non principaliter debitam sed ex quodam accidenti petunt,qđ secus est in rei persecutorijs. Nota pęnales actiones differre ab iis,quæ sunt rei persecutoriæ,quæ plus fauoris habent quàm pęnales . Itẽ ꝙ dictio,multa,est apta comprehendere infinitatem.Cum enim plurimę sint actiones pęnales descendẽtes à iurisdictione pretoris,noluit simpliciter Imperator multas dicere,sed cum temperamento illius verbi,penè. Itẽ ꝙ nemini impunè l3 corrumpere, album prætoris, vel edicta in eo affixa . Itẽ secundum Ang. ꝙ literis sculptis aut scriptis in muro vel lapidibus fides habetur.Itẽ ꝙ non sufficit petitio veniæ, nisi impetretur.Itẽ ꝙ paria sunt eximere vel dolo facere ꝙ alius eximat. Item ꝙ filius nõ potest parẽtes venia nõimpetrata in ius vocare.qđ nõ intelligas in filiis natis ex damnato coitu: & parentes intellige in infinitũ. Itẽ ꝙ siquis aliquem vi eximat, qui in ius vocetur, tenetur ad pęnã quanti actor in litẽ iurauerit.Item ꝙ dictio, innumerabilis, supponit pro eo qđ est de facili non numerabilis.]

¶ Qui edictũ in albo Prætoris positum corruperit vel qui vocat patrem vel patronum in ius sine venia, & eximẽs dolo aliquem vocatum in ius, vel eximi faciens,tenetur actione ꝓtoriæ. Aret.

¶ Pœnales quoque actiões Præ-

à ¶ *Pœnales quoq;*. Dictum est supra de prætorijs rei persecutorijs,nunc de pęnalibus prætorijs. Sed quæ est differentia inter pęnales & rei persecutorias?Rñ.multę:quia pęnales ꝓtoriæ sunt annales , excepta actione furti,vt infra de perpe.& tẽpo.actio in princip. sed rei persecutoriæ sunt perpetuæ,vt ff. de actio. & oblig. in honorariis . Itẽ pęnales odiosę sunt rei persecutoriæ non,vt ff.de.pęnis. l.interpretatione.Item pęnales non transeunt contra hæres, nisi aliquid ad eos peruenit, vel lis sit cõtestata, vt C.ex delic.defunc.l.prima. sed ꝓsecutoriæ sic,vt ff.de actio.& oblig. ex contractibus.Item vbi plures tenentur rei persecutoria,vno soluẽte cęteri liberanẽ: non ita in pęnali,vt

C. d

C.de cōd fur.l.j.& ff.de lib.ca.l.vlt. & ff.ad leg.aq.l.itē Mela.§.si plures. a Penè.i.ferè.Vel melius dic,quòd abundat; nam verè multæ sunt.

* Addit. Vetus liber Do.Germani Collado - nii habet Bene multas, quod sine dubio rectū est, & reponendum.

tot penè [a] multas ex sua iurisdictio ne introduxit:ve luti aduersus eū, q quid [b] ex albo [c] eius corrupisset: [d] & in eum, [e] qui patronum [f] vel parentem [g] in ius [h] vocasset,

b Quid.i. aliquid.

c Ex albo. Erat enim album dealbatio quædam posita in loco eminenti, vt apparet in auth.de lit. §.omnem,ibi,vocē, n.præconū &c. colla.viij.:in quo albo erat scriptū vel de citando aliquo,vel de alio pcepto generali vel speciali.†vt ff.de albo scrib.l.j.& ij.& ff.d iurisdictio. omniū iudi.l.si quis id Accur.

d Corrupisset.vel positum sustulisset,quāuis non corruperit; & siue p se,siue per alium; & tunc ambo tenentur,necvnus liberat alium,& est in quinquaginta aureos,vt in d.l.si quis id.& l.sequen.tenetur.etiā ille corruptor lege Cornelia de falsis,vt ff.ad leg.Cornel.de fal.l.pen.cuius pœna est deportatio & omnium bonorum publicatio; in seruis etiam ultimum supplicium,vt ff.ad legem Cornel.de fal.l.prima.in fin.

e In eum.Scilicet filium vel libertum datur actio in factum,quę est similiter pœnalis,vt superior,in quinquaginta aureos;quæ datur patrono vel patri : &'si libertus nō possit soluere dictam pecuniam,castigabitur. †Idem forte in filio,licet noxaliter non detur,vt ff.eodem scilicet de in ius voc.l.pen.& infra de noxa.in fi. superior tamen punit solum dolū, hæc solum factum considerat, vt C. de in ius vocan.l.venia.

f Patronum. Subaudi, vel patronam.Item filios & patres eorum,vt ff.de in ius vocan.l.4.§.primo. Et accipe hic patronum, qui manumisit, vel pro quo iudicatum est in causa ingenuitatis & libertinitatis; vel,si ex causa fideicommissi manumisit; vel si emit eo pacto, vt manumittere, & manumisit; vel non manumisit, sed ex constitutione diui Marci peruenit ad libertatem, vt ff.de in ius vocan. adoptiuum.§.primo.& l.is quoque. & l. sed si hac lege. Item liberos patroni accipe mares & fœminas, & parentes etiam adoptiuos, vt.dicta l.sed si hac lege §. liberos quoque,& §.parentes.

g Vel parentem. Et hic accipe marem & fœminam,& vsque in infinitum, vt etiam si Adam viueret,non posset vocari in ius sine venia.It ē non refert si sunt legitimi parentes, vel naturales,vt ff.de in ius vocan. l. iiij.§.i.ii.& iii.& l.parentes. & l. patris.& l.adoptiuum.in prin.

h In ius vocasset. Id est iuris experiendi causa vocasset,vt ff.de in ius vocan.l.prima.& hoc siue causa sit ciuilis, siue criminalis multo magis; nam & tunc, scilicet quando causa est criminalis, etiam cū venia non potest,quia non conceditur, vt ff.de in ius vocan.sed & si.§.prætor ait.& ff.de accus.qui accusare.in fi. & l.hi tamen.§.ij.Sed quid si solum libellum dedit?Respon.non incidit in hoc edictum,vt ff.de in ius vocan. libertus.ij.Item quid si non veniat vocatus?Respon.semp incidit;sed facilius remittitur hæc pœna,quando vocatus nō venit,ut ff.de in ius uocan.quamuis.Sed quidā dicunt uocantem nullo modo cadere in edictum,si uocatus non uenit, ex prædicta l.quamuis, & hoc ideo.(quia uerba cum effectu sunt accipienda, ut ff.ne quis eum qui in ius uocan. est

† Istam glos. cōit reprehēdut do. q.a pœna istius edicti nō habet.locum nisi in cōrum pente al bum prętoris generale & ppetuū: secus īpā lis:puta d citendo aliquē: sed tunc habebit locū pœna arbitraria cum non sit taxata à iure,per l.1.§.expi

latores cū se. ff. de effra et expi † Et sic habes ex gl.q uod q nō sol uit ī ære soluit in corpus sed reg la fallit quando id: quod erat sol uendum non deb batur ex pœna d licti, sec sos tē cō tractu Item fa lit in no bilibus vel alias honestis personis Item no lente e nec pen tente cu pœna pe cuniaria erat ap plicāda Item fa lit in pp na extra ordina ria,puta multa. Itē fal lit in m nimis trāsgre sionibus vt hic dicti.

est vi exi.l.pen.§.docere.sed prima sententia verior est;† quia dicta lex. quamuis.non dicit, q̃ nō incidat in edictum, sed q̃ non remittitur pœna nisi causa cognita. Itē † nunquid hæres potest vocare in ius sine venia? & certè si extraneus est, potest, vt ff. de obseq.præstan.à liber.l.hæres.si filius, non potest vocare in ius sine venia. Sed quare secus in hærede liberti, & in hærede patroni? Respon. in primo odium vertatur quod debet restringi; in secundo fauor, qui debet prorogari, vt ff.de liber.& posthu.l.cū quidam. Item si alter agat tutorio nomine vel curatorio, argum.ff.de in ius vocan.l.sed si hac.lege.§.fin. & l.quæsitum. Ratio, quia nemini officium suū debet esse damnosum, vt ff.quemadmo.testam.aper.sed si quis ex signatoribus.

cum id [a] non impetrasset: item [b] aduersus eum, qui vi exemerit eum, qui in ius vocaretur, cuiusve dolo alius exemerit: & alias

a Cum id non impetrasset. Id est, nō petijsset, & non accepisset. debet enim à prætore sic petere. Domine permitte mihi, vt possim conuenire patrem vel patronum meum; vt colligitur infra de pœn.te.lit.§.fin. & ff. de in ius vocan.l.4.§.primo. Illud etiam quæro, an hęc postulatio veniæ debeat fieri in personis omnium, quæ in ius vocari nō possunt, quę enumerantur.ff.de in ius, vocan.l.secunda.& si non fiat. quòd cadat in pœnam? Quidam dicunt q̃ sic. Nos q̃ non, † quia hæc pœna in eum tantum statuitur, qui incidit in edictum; at illæ personæ in edicto nō continentur; quod maximè probatur ex hoc.§.Aliter tamen puto eos puniēdos, prout placuerit iudici ad similitudinem istorum. † Sed nunquid hæc petitio hodie est correcta; vt quia habent hodie liberti ius natalium & regenerationis, vt in authen. vt liber.dece.§.primo.collat. vi. Respon.non, quia & ibi reseruātur iura patronis, maximè obsequialiaquę natura debentur. Superiora quātum ad libertū plana sunt. In filio distingue; aut erat emancipatus, aut in potestate. si emācipatus erat, habent locum superiora; si verò in potestate, tūc nec cū venia, nec sine uenia pōt cōuenire patrē, vt C.de in ius vo.l. fi.& ff.de actio.& obl.l.actiones.nisi pro castrensi vel quasi castrēsi peculio, vt ff.de iudic.l.lis nulla. & tunc cū venia, vt ff.de in ius vo.l. adoptiuū.§.j. † & hoc cum agit contra patrem. Si autem contra extraneū tūc secundum vetera iura tantū v. actiones filiofamiliàs competebant, vt ff. de actio.& obliga.l.filiusfamiliàs.& l. in factum actiones. Sed hodie omnes venientes ex aduentitia causa, vt dixi supra per quas perso.no. acqui.§.primo. Item quæro quis iurabit de calumnia, cum filiusfamiliàs in iudicio erit? Respon.si filius emancipatus petita venia patrē conueniat, iurabit filius, si maior est: aliàs curator ei dabitur ad litē, vt in auth vt li.ma.& auiæ.§.i.in fi.colla. 8. si āt sit in ptāte patris, & agat de castrensi vel quasi castrēsi peculio, tunc iurat filius, cū paterfamiliàs habeatur, vt ff.ad maced.l.2.si verò eēt minor, dareē curator liti, nō psonæ, cū sit in ptāte, vt C.de cura.furi.l.fi. in prin.& de bon.quæ liberis.l.fi.§. si autē pro patre. Si autē contra extraneum agat filius: si agat pater eius nomine, pater iurat, vt C.de iura.calum.l.2.§.qđ obseruari. si filius forte patre absente, vel secundū veteres ll.in v.casibus, vel secundū nouas, in omni aduētitia causa, iurat filius, cū suo nomine agat, & maior est: si modo pater in aduētitiis n̄ habet vsumfructum: aliàs pater ageret, & respōderet,

† Cum iam secundum Fab. transeūt inter do...sed ...dicit imò approbāt aliā opin. vt hunc non committatur pœna, quę ... citationis ve... committenda.

*

† Hinc vsq; ad fin. nō ē glo. Accur. vt ... Ias.

† Et hec Ni. Ang.& Ias.

† Non ... in criminalibus & pœnalibus proceditur de similibus ad similia secundū An.hic.

† Idē dicas vbicunq; filius in potestate potest agere cōtra patrem, vt not.per glo.in d. l.lis nulla.

deret, & iuraret, vt C. de lib. ma. l. j. in prin. vbi verò filius iurat, licet pater nõ hẽat vsumfructũ, debet pater consentire filio agenti & rñdẽti, vt C. de bon. quæ libe. l. fin. in princip.

ADDIT. De isto iuramento vltra hãc gl. vide late per glo. ij. §. quod obseruari. C. de iura. calum.

inuenerabiles. a

¶ Actiones præiudiciales, quæ hic enumerãtur, sunt in rem, quarum aliquæ sunt ciuiles, & aliquæ prætoriæ. Aret.

a *Item aduersus eum*. s. datur actio in factum pœnalis; vt ecce, cũ vocarẽ Titiũ in ius, qui tenebatur mihi actione tẽporali, dũ esset in itinere, detinuisti eũ vi, vel capiendo eũ per psonã, vel faciendo dolo vt alius eũ detineret; & tantum q dies actionis meç exiuit: teneris. n. mihi quãti iurauero in litẽ; & sic est actio pœnalis ex parte mea, quia vltra rei veritatẽ forte iurabo; & ex parte tua, quia das mihi aliquid. & tibi nihil adest, vt ff. ne quis eũ qui in ius voc. vi ex l. pen. §. j. Sup hoc. § j. quero; cum duo sint tituli vt ff. ne quis eum qui in ius voc. vi ex. & alius titul. de eo per quẽ factũ erit. de quo fit mentio in hoc. §? Rñ de primo; quia inde oritur actio ex vtraq; parte pœnalis, vt dictum est: sed ex alio est pœnalis ex parte rei tantũ, cũ ad interesse actoris detur, vt ff. de eo per quẽ factum erit l. fin. j. rñ. † Item primus, de quo fit mentio hic, consulit actori tantũ, vt patet in l. j. & 4. §. eximere. at secundus consulit etiã vocato non solũ vocanti. vt ff. de eo per quẽ factũ erit. l. j. §. si reus. in fi. & l. fi. j. respõ. Itẽ primus habet locum, qñ aliquis exemptus est ante satisdationẽ, & post in ius vocationẽ; sed secundus post satisdationẽ † s. factã iudicio sisti, & alias quæ firmant iudiciũ, vt ff. de præto. stip. l. j. in prin. Et patet hæc differentia ex ordine illorũ titulorum. Item primus, quando vi exemptus sit quis; at secundus etiã sine vi, vt patet in l. prima. §. si dolo de eo per quem factũ est. & titul. ne quis eum qui l. j. & ij. in fin. † Vel satis † dici potest, q de vtroque hic loquitur; quia licet duo sint illi tituli, tamẽ de vno edicto sunt. Itẽ & q dicatur pœnalis actio etiã illa, quæ ex vna parte tantum est pœnalis. Sup hoc §. ij. quæritur. Nonne per conuentionem solam & iure veteri perpetuabatur actio, vt ff. de actio. & obliga. l. constitutionibus. non solum per noua iura, vt C. de præscrip. 30. anno. cũ notissimi. & l. sicut? Respon. hic non p executorẽ, sed per suã denunciationem eũ conuenerat. † Vel verbum quasi, positum in d. l. constitutionibus. assertiue ponitur, non similitudinarie; & secundũ hoc hodie esset correctum quod hic dicitur. Vel dic † q talis fuit conuentio in illa l. constitutionibus, quæ pro lite contestata habebatur; vt quia actio temporalis, & libellus fuit principi datus, vt C. qñ lib. princi. dat. lit. cõte. fac. l. j. & ij. Vel dic secundũ Ioan. q leges veteres circa personales actiones loquuntur; vbi non perpetuantur per executorem; sed lex illa, cũ notissimi. & l. sicut in rẽ. loquuntur in reali. Vnde adhuc etiam hodie non corrigitur quod hic dicitur.

ADDITIO. Hanc etiã impugnant doctores, quia d. l. sicut & d. l. cũ notissimi. loquuntur tam in personalibus q̃ in realibus, secundum Iason.

b *Innumerabiles*. Imò numerari possunt; sed dicuntur innumerabiles, quia de facili non põt numerari. Vnde dicitur nõ posse fieri, quod cũ difficultate fieri põt, vt ff. de verbo. signi. Nepos Proculo. Enumera ergo aliquas; vt est actio in factum de calũniatoribus, de qua dicemus infra. §. quadrupedi. Itẽ actio. Quod metus

† *Et in hoc §. parte actio in factu descendens ex edicto, de quo in isto §. fit mere pœnalis ex parte actoris et rei, licet doct. antiqui tenuerint cõtra gl. tñ Io. Fa. & alij doc. moder. tenẽt cum glo. vt p Ias. hic.*

*

† *Bar. in rubr. ff. eod. ĩ probat hanc opi. gloss. quia ille tit. loquitur etiã ante satisdationẽ.*

† *Hæc ... iter a probatu...*

*

† *Place... Iy. A... gel. & Ias.*

† *Ist... gl. repr... bat, qui... hæc mat... ria loq... tur qu... do qi i... dicialiu... storitat... imo, in... su ma... ris indi... cis fuit... citatus... l. iu. §. ... ff. nequ... eũ qui...*

† *Displ... cet Ia... et est d... mente... alioru... Actiõ... pœnale... prætor... sunt m... ta.*

metus causa. Itē furti manifesti. Itē serui corrupti in duplum; de quibus dicemus infra eodem. §. omnes aūt actiones. Sunt & aliç in factum, vt de effusis & eiectis, & de appēsis, vt ff. de ijs qui deiece. vel effuderūt l. si verò. §. prętor. Et aliæ multæ sunt, quas enumerare non expedit. Accursius.

¶ Præiudiciales[a] actiones in rem esse vidētur: quales sunt per quas quæritur, † an aliquis liber, an libertus sit, vel de partu agnoscen-

I r 1. ¶ Præiudiciales &c. Casus. Literaliter est figurandus; perseuerat enim Imperator in declaratione terminorum. pro ratione tamen dubitandi dicendum videbatur, ꝙ istę actiones, quæ inter prætorias reales connumerantur, videbantur potius diçi debere personales. cū sit quæstio super persona, vel inter seruū & dominū, vel inter patronū & libertū, vel inter patrē & filiū. tñ cōtrarium deciditur, & ratio decidendi est ſm Docto. hic, quia quæstio, quæ vertiť super ꝑsonis, nō vertiť principaliter tanquā super persona, sed tanquam super mera re; attenditur ergo illud qđ principaliter inspicitur. Nota. qđ istæ tres actiones pręiudiciales dñr hēre causam status, quia ipsa essentialis conditio hoīs vertitur in qōne. Itē ꝙ istę tres actiones dūr prætoriæ & in rē. Itē ꝙ tres sunt cāæ status, vt dixi in positione casus.]

a ¶ Præiudiciales. Pro constanti ponit ꝙ hæ pretorię sunt, cū in tractatu prętoriarū ponantur; & sunt in rē; quia res petitur & vēdicatur. Vñ quæritur quare non posuit has supra inter reales prætorias? Respon. † quia quædam de eis est ciuilis: vñ eius occasiōne & de cęteris hic dicere reseruauit. & sunt tres. Prima est, per quam quæritur, an aliquis sit liber, subaudi vel seruus. Secunda, an aliquis sit libertus, subaudi vel ingenuus. Tertia est de partu agnoscendo; per quam quæritur, an quis sit filius, vel non, vt omnia consequatur quæ filius à patre cōsequi debet. Aliàs autem agitur de partu agnoscendo propter alimenta tantum, & tunc filiationi non præiudicatur, quia summatim quæritur, vt ff. de liber. agno. l. prima §. Julianus. & l. si quis à liberis. §. si vel parens. & de ijs qui sunt sui vel alien. iur. l. si iudex. licet videatur contra. C. de ordi. cog. l. 2. §. fina. Sed dic vt ibi. Sed dicūt quidam & malè, quod tantum duæ sunt & de duabus primis faciunt vnam hoc modo; an aliquis sit liber, idest, ingenuus vel libertus; & hæc vna. Aliam verò de partu agnoscēdo nō mutāt. Sed prima opinio verior est, cum sit commodius singulas causas singulis appellationibus distingui, vt supra quib. mod. testa. infir. §. alio autē modo. Item quia postea dicit, cæterę &c. & ita loquitur de pluribus excepta vna. † In prima ergo, vbi quęritur sit liber vel seruus, dico quòd siue seruus agat contra dominum, dicens se esse liberū; siue ècontra dominus contra seruum, & seruus sit in possessione libertatis, hæc actio in rem, quę intenditur, est pręiudicialis, vt ff. de libe. causa. liberis. §. fi. Idem dico siue patronus vendicet libertum in libertinitatē, siue libertus se vendicet in ingenuitatē; vtraque est præiudicialis, vt ff. si liber. ingen. esse di. l. fin. in princ. & §. fina. Intenditur etiam hoc casu officium iudicis, vt ff. de iureiur. si duo patroni. in princip. & ff. si liber. ingen. esse di. l. prima. & ij. & ff. de rei ven. l. prima. §. primo. Idem dicas in tertia; vt siue agat pater petendo filiū in filiationē, vel filius dicat se non filiū, erit præiudicialis & directa hincinde. Sed quidam dixerūt, ꝙ directa datur patrono, parenti, &

† Aliàs an aliqs liber sit an seruus vel libertus sit etc. aliàs an aliqs liber vel libertus sit, an seruus: vel de p tu &c.

† Hanc approbāt oēs, quia pluralis locutio nō pōt esse contenta minori numero quā duobus. l. vbi numerus ff. de tes.

Ista rō ... inter re... probatur ... quia se... secundum ... debe... poni ... supra in ... tractatu ... ciuiliū, ... post ... sed ... le.

ti,& domino,sed illa, quæ datur liberto,filio,& seruo,est cõtraria : qđ nulla lege cautum inuenitur.

SYL. Vide ad hanc glos.Deci.in l.in actionibus.in glo.in versi.bonę fidei. ff.de in lit.iur.]

Licet aliæ quædã inueniantur directæ & contrariæ,vt mandati,depositi,& similes.†Sed qualiter formantur libelli in his?Rñ. sic:Peto Ioannem in filiũ meum iudicari: vt mihi patri debitã præstet reuerentiã, & alia quæ patribus à filiis debentur, & idem in patrono, & ex tunc lata sententia,alimenta patri & patrono pręstabuntur,vt ff.de libe.agno.l.si quis à liberis.in princi.& §. solent. quia snĩa ꝓ veritate accipitur, vt ff. de stat.hominum.l.ingenuũ.Et pro batur hæc libelli formatio.C.de fideicom.l.i.In seruo & dño sic.Peto in seruum meũ talẽ pronunciari, quia eũ meũ dico.Econtra seruus vel libertus vel filius dicet.Peto me non inquietari à Titio,qui me in seruum vel libertum vel filium tenet; quia me in tali vinculo non subesse dico, vt C.de ingen. ma.l.diffamari. Vel sic.Peto vt ingenuus, vel liber, vel non filius pronunciet contra Titiũ: quia sic se rei veritas habet. Et differt hæc ab ea, qua petit pater filiũ in potestatẽ ex iure romano; cũ ibi tantũ de potestate quæratur.hic aũt de filiatione,vt ff.de rei vẽdi.l.i.§.i. & hic dicitur.Itẽ hæc ꝓpria,vt hic, illa ciuilis.Quibus aũt modis filius possit peti,diximus supra de patria potest.§.ius aũt potestatis.Itẽ quare dñr præiudiciales?Respon.secundũ quosdã; quia in modũ exceptionis ꝓponuntur; † & ita pręiudicãt; vt si agas contra me hęreditatis petitione,& ego obiiciã tibi, ꝙ seruus sis defuncti,vel quia ipse defunctus seruus fuit, vt ff.de pet.hære.l.si ꝗs libertatẽ,tunc non põt esse lis inter nos,vt ff.de iudi.l.lis nulla.& supra de obli.quæ ex deli.§.ii qui.& facit pro hac sententia.C.de ord.co.l.i.& de hære.pe.l.liber.& ff.si lib.ingen. esse dicat l.fin. Alii dixerunt ideo dici præiudiciales, quia sententia lata super his fit præiudicium omnibus alijs qõnibus, vt ff.de stat.homi.ingenuũ.& ff.de lib.agn.l.i.§.si.& l.ii. sed certè secundũ hoc etiã querela inofficiosi testamenti dicitur præiudicialis, quia præiudicat alijs qõnibus,vt ff.de inoffi.testa.Papinianus. §.fi.Sed contra hanc sentẽtiã est ff. de liber.causa.si seruus.Sed ibi non fuit pronunciatus ingenuus; vel collusio ibi fuit.†Vel dic secundũ Ioã. ꝙ præiudiciales ideo dicuntur,quia omnes aliæ qõnes,quę interim inter eas ꝑsonas mouentur, debent silere,vt C.de ordi.cogni.l.i.& iii.& ff. de libe.cau.l.ordinata. & ad hoc facit optimè.ff.de noxa.l.pen.§.respõ. Nisi esset talis causa, quę ageretur et si cõstaret eum fore seruũ; qđ est quandoq;,vt ff.de iudi.vix.†Sed secundũ hoc cũ quęritur inter patronũ & libertũ de libertinitate,nõ est hæc qõ præiudicialis, cum aliæ qõnes interim inter eos possint exerceri,venia tamẽ petita, vt supra eo.§. pœnales ver.& in eũ.Sed dic quòd illæ qõnes quiescunt, quæ non competerent,si constaret eum liberum, vt ff.de in ius vocan.l.sed si hac §. penul.& fina.Item quid si nulla alia qõ mouetur,nonne tunc istæ dicuntur præiudiciales,cũ non habeãt cui præiudicent? Azo.dicit,ꝙ non. Sed Ioan.contra.†inspicitur enim aptitudo,quia habilis est esse præiudicialis,sicut Augustus dicitur, licet non semp augeat,vt supra in rub.prooemii.Itẽ nunquid sunt plures præiudiciales nisi hę tres?Respon.sic;†vt hæreditatis petitio; nã & tunc cessant omnes aliæ qõnes,donec ista intenditur,vt ff.de peti.hæredi.l.si ꝗs libertatem.& l.diuus.in fi.licet hodie contrariũ fit, ut C.de pet.here. l.fi.§.i.& ii.Itẽ quo iure ascriptitii coloni,censiti, & similes petuntur? Rñ.vtili præiudiciali, nõ directa: &

† Hæc glos.cõit approbatur,licet postea fit sibi cõtraria ibi, itẽ quo iure ascriptitij &c.

† Hæc opi.secũ. dñ Iaso. nõ est vera: quia quocũq; mõ proponantur, ...

† Hæc opi. reputatur à doct. maiorioria ...

†. Istam opinio. doct.cõiter approbant

† Idem Ias.in ... itione [Eiben... l.a.et e... de mẽ ... aliorũ.

† Imo n on ... nisi tr... capiente præiudiciale ... quantũ præiudicat per na. I... & est mente ... lior ...

semper Iuni præ iudicia. les ...

ipsi coloni se; petunt in libertatē cō traria præiudiciali vtili, nō directa. Ideo vtili, quia liberti sunt, non ser ui, vt in authen. de ; san. epis. §. ascripticios. & §. si seruus. collat. ix. Item ideo præiudiciali, quia parum à seruis distāt quo ad seruitia quæ facere debēt, vt C. de agri. & censi. l. ne diutius. li. xi. Sed alii dicūt ꝙ officio iudicis petunt, & petunt, ; vt C. i qui. cau. cen. domi. ac cusa. pos. l. j. libro. xi. Sed certè officiū iudicis nō potest locum habere ad futuras præstationes, † vt ff. de vsu. l. i Alij dixerūt habere locū negatoriam & confessoriam vtilem; vt quæ datur directa in seruitutibus alijs, hæc vtilis hic det quod nihil est. † Item si aliquis ad aliqua annua seruitia teneatur, quo iure petitur, vt condemnetur vt præstet in posterum, & ipse quo iure pe tit absolui? Respon. satis puto, quod iudicis officio hoc fiat; siue promissa fuerint hæc seruitia, siue ex consuetudine debeantur hæc seruitia, si ue ipsa præstita longo tempore ex promissione petuntur, vt ff. de vsur. l. cum de in rem verso. quæ promissio probabitur ex lōgo vsu, † vt ibi. * Cur iste actiones appellent præiudiciales, vide Alcia, lib. viij. Parer. c. 24. qui ex institutionibus Græcis veram (ni fallor) assignat rationē.]

Additio. Et not. quòd verba sententiæ. Condemno te ad soluendum par caponum tali domino omni anno, secundum ꝙ tui antecessores fecere. nullam penitus conditionē faciunt, sed cōdemnatus simpliciter tenetur, ut per Bart. in l. eum qui. §. Iulianus ij. ff. de consti. pec. & in extraua. ad reprimen. in ver. prout.

[Margin: † aliàs illa. — † Nisi rōne p. sentis in iu. & dī gl. dicit, quòd non competit offi. iudi. in hoc re pbatur quia imo pro istis ascriptitijs & censitis competit officium iudicis. — † Imo. b. Fa. & I also. — † Si alle ptur ti. IVL. * efficax. bald. & Placen.]

do. Ex quibus [a] ferè [b] vna † illarum legitimā [c] cām habet, per quā quæritur, an aliqs liber [d] sit: cæteræ ex ipsius Prætoris iurisdictione substantiam capiūt. ¶ Dominus rei non potest agere ad dandum rem suam, nisi contra furem odio furis. Et actiones, reales competunt ad vē dicandum, personales verò ad dandum vel faciendum: quæ abusiuè dicuntur condictiones, à condicendo, id est, denunciando. Aret.

a *Ex quibus.* Scilicet tribus præiudicialibus qōnibus.

b *Ferè.* Ideo dicit, ferè, quia in ciuilibus qōnibus quatuor cōsiderātur, scilicet actor, reus, iudex, & ipa res; hic autē est idem qui cōuenit & cōuenitur & res. Vel iō quia prætor introduxit de partu agnoscēdo, & à senatusconsulto confirmatur.

c *Legitimam.* Scilicet de iure ciuili.

d *Liber sit.* Subaudi, vel seruus.

¶ Sic itaque. Diuiditur iste. §. principaliter in tres partes. Primò ponit regulam generalem illatiuā ex precedentibus, secundum glos. sed secundum docto. repilogatiuā. Secundò ponit vnam fallentiam, ibi (Planè.) Tertio, naturam actionum realium & personalium, & earum differentias, ibi (Appellamus.) Itē; prima subdiuiditur; quia primò ponitur quædam illatio seu repilogatio ex supradictis; secundo ponit ratiōnes. Secunda ibi (Nec enim.) Casus. [Margin: Diuisio.]

Sic itaque discretis. In. §. ITA. tradente regulam non esse; figurandus: attā gratia iuuenū potes dicere ꝙ imò videbat, ꝙ actione personali possit quis rem suā petere & prosequi, vt puta in commodato, & similibus; sed contrariū deciditur rōne assignata in tex. ex eo quia res mea non potest amplius effici mea; & qn in comodato & similib' actor actione

ne personali prosequitur rẽ propriã non agit, vt detur. i. vt eius dominiũ trãsferatur. In secũdaverò partetex. habet suã rõnem expressam odio furũ. Not. ex text. ꝙ dare est dominiũ trãsferre. Itẽ, ꝙ illud, qđ est meum, nõ põt amplius effici meum. Item ꝙ odio furum introductum est, vt domino detur actio personalis. Item ibi extra penã. secũdum Angel. quòd duplum vel quadruplum est totum pena, & in eo nõ venit simplum rei sublatæ. Item quo nomine appellentur actiones reales, & quo personales. Item ꝙ debitor anteq̃ conueniatur, non est de necessitate interpellãdus, sed de vrbanitate sic.]

a ¶ *Sic itaque*. Formatur hoc, itaq;, ex illa diuisione, quæ fit supra eo. §. j. q. d. dictum est, quæ sunt in rem actiones, & quæ in personam, itaq; sic eis discretis. i. separatis & diuisis, patet ꝙ hęc regula est vera, quia personalis actio, quæ competit ad dandũ, non competit pro re sua alicui, vt hic. ideo dixi ad dandum, quia ad tradendum bene potest dari actio personalis: vt commodati, depositi, & similes: & ita est vis inter dare & tradere, vt hic subijcit, & ff. de act. emptio. l. ex empto. in prin. & ff. de verbo. obl. vbi autem. in fi. & l. si rẽ tradi. & l. nemo. & quod subijcit, si apparet. i. quia apparet eum dare oportere: & ita agitur in personam, vt aliquid detur. Sed quidã dicunt, vt P. ꝙ hæc verba, si apparet eum dare oportere, sunt nomina cuiusdam a-

ctionis. Accursius.

¶ Adde ꝙ Vldar. Zasi. hic exponit apparet. i. videretur: vt sit sensus, ac si videretur eũ dare oportere. qui intellectus mihi non placet, quia tãdẽ se resoluit in intellect. Dyni ꝙ voluit hãc esse formulam verborum.]

ADDIT. Dic ꝙ istud, qđ hic dicit glo. sm Pla. nihil ẽ dicere: sed tex. vult dicere, si apparet i. si agat dare oportere: q a medium concludendi nõ debet esse istud, sed ad tradendum vel constitnendum, vt dicit gloss. Angel.

b ¶ *Oportet*. i. oportet ꝙ non detur: est. n. impossibile ꝙ detur, vt subijcit; quia dare est accipientis facere; vt subijcit; nec res quæ &c.

c ¶ *Magis*. Sed opponitur; pluries deberi potest, vt ff. de exce. rei iudi. l. & an eadem. §. actiones, in fin. §. ergo pluries dominium potest fieri meum. Sed non sequitur. nam licet pluries debeatur, tamen semel facta sua non debet plus fieri sua, vt ibidem dicitur, & ff. de acquiren. possess. l. iii. §. ex pluribus. & supra de leg. §. sed & si rem legatarij. nisi iterum desinerer esse sua, vt ff. de verb. oblig. si rem meam.

¶ Declara quòd illud, quod meum est, non potest amplius effici meum, hoc verum ex causis successiuis, secus ex causis eodem tempore concurrentibus l. si creditori. §. Marcellus. ff. de leg. primo. Item potest stipulari, si mea esse desineret, l. si rem meam. ff. de verb. oblig.

Item

¶ Sic itaq; [a] discretis actiõibus, certũ est non posse actoré suã rẽ ita ab aliquo petere Si apparet eũ dare oportere. Nec enim quod actoris est, id ei dari oportet: [b] quia scilicet dari cuiq̃ id intelligitur, qđ ita datur, vt eius fiat: nec res, quæ iam actoris ẽ, magis [c] † eius fieri potest.

¶ Planè [d] odio furum, quo magis pluribus actionibus teneantur, effectum est, vt extra pœnam dupli aut quadrupli rei recipiendi nomine fures etiam hac actione teneantur, Si † ap-

SYL.

† Concor. cum hoc textu c. m ter dilectos. ante fi. ibi cũ iura legum. cũ gl. super ver. quod meũ. extra de fi. instrum. & gl. in c. si diligenti super ver. iustus ti tu. post princ. ibi & quod meũ est. extra de præscrip.

Dare est accipientis facere.

† Aliàs appareat

Meum amplius meũ fieri non potest.

SYL.

¶ Si quis agens, intentione [a] sua plus [b] complexus fuerit, quàm ad eū pertineat, causa † cadebat, id est, rem amittebat [c] nec facile in integrum restituebatur à Prætore, nisi minor erat xxv. annis. Huic [d] enim, sicut in aliis causis causa cognita [e] succurrebatur, si lapsus iuuētute [f] fuerat, ita ei & in hac causa succurri solitū erat. Sanè si tā magna cā iusti erroris interueniebat, vt et cōstātissimus [g] quisq; labi posset et maiori xxv. annis succurrebatur: veluti si quis totū legatū petierit, post dein đ prolati fuerint codicili, quibus [h] aut pars legati adempta sit, aut

a¶ *Intētione sua.* Idest in libello, vbi erat intentio sua.

b¶ *Plus*, etiam tempore, vt ff. de libe. leg. non solū. §. j. & §. fin. nā plus quatuor modis dicit̄, vt infra proxi. §. & in oībus his locū haber §. iste.

c¶ *Amittebat.* Facit infra de exce. §. appellantur. ver. tēpales (j) & quod dicit in priuato, idem erat in fisco vt C. de iure fisci. l. iustas. lib. x.

¶ Adde ꝙ cū hac glo. s. ꝙ d. l. iustas. hodie sit correcta, tenet gl. in d. l. iustas. & Barto. ibi, Ni. de Neap. & Iason. hic, quāuis contrariū tenuerint Ioā. Fa. Io. de Pla. & Ange.]

ADDIT. (j) Aduertas ꝙ litera ibi dicit, ꝙ inducię duplicantur, & quòd postea non cogitur litem suscipere, nisi refectis sibi expensis: idem dicit text. in cap primo extra de plus petitio. Angel. Aretin.

d¶ *Huic.* minori. xxv. annis.

e¶ *Causa cognita.* Benedicit, causa cognita: nam omnes in integrum restitutiones causa cognita permittuntur, vt. ff. de in inte. restitut. omnes.

f¶ *Iuuentute.* Idest, facilitate sua idem multo magis, si dolo aduersarii, vt ff. de mino. l. prima.

g¶ *Constantissimus.* Quia erravit in facto, in quo prudentissimi falluntur, vt ff. de iu. & fact. igno. l. secunda.

h¶ *Quibus.* Scilicet codicillis.

a¶ *Quibusdam alÿs.* Scilicet legatarijs.

b¶ *Legata.* Scilicet ea quę sibi in testamento

quibusdam a aliis legata data sint, quæ efficiebant, vt plus petiisse videretur petitor, quàm dodrantẽ, atque ideo lege Falcidia legata b minuebantur. c

¶ Plus petitur quatuor modis, scilicet re, tẽpore, loco, & causa: & singuli modi exemplariter declarantur. h.d.

¶ Plus autẽ quatuor d modis petitur: re, tempore loco, & causa.

¶ Re, veluti si quis pro decem aureis, quæ ei debebantur, viginti petierit: aut si is, cuius ex parte res est, totã eam vel maiorem partẽ esse suã intenderit. Tempore, veluti si quis ante diẽ, vel ante conditionẽ petierit. Qua.n. rõne qui tardius soluit quã soluere deberet, minus soluere e intelligitur: ea dẽ rõne qui p̃maturè petit, pl9 petere f videtur. Loco plus petitur, vel uti cum quis id, quod certo loco sibi dari stipulatus est, alio loco petit sine g commemoratione illius loci, in quo sibi dari stipulatus est, verbi gratia si is, qui ita stipulatus fuerit, Ephesi dare spondes? Romæ purè intendat dari sibi oportere. Ideo autem plus petere intelligitur, quia vtilitatem, quam haberet promissor, si Ephesi solueret,

stamento relicta sunt. c *Minuebantur*. Nã tot erant legata vt lex Falc. locũ hẽret. i. oportebat vt legata defalcarenť adhoc vt hẽret hę res Falcid. q̃a dodrãtẽ excedebant: vñ heres dȝ detrahe re Falcidiã vt supra de.le.fal.§.j. ¶ Plus autẽ quatuor modis Casus Nõ est nisi litteraliter figurandus. Imp. enim stat in declaratione simplici terminorum, & ita apertè & clarè declarat, & per exempla tam lucida, vt nullus sit dubitatiõi locus. Not. ergo q̃ qui petendo creditum auget, dicitur plus petere: & hoc ad sensum clarissimum est. Item quòd petens debitum ante diem dicitur plus petere. Item quòd qui pendente conditione petit, dicitur plus petere. Item quòd istud comparatiuum, plus, stat interdum abusiuè: nam debitum conditionale non est debitum: vnde non potest dici plus debito petere qui petit indebitum: & tamen hic dicitur plus petere. Item quòd qui summam sibi debitam in vno loco petit in alio, dicitur plus petere. Item q̃ iudici conceditur arbitrium æstimandi ex bono & æquo interesse partis. Item q̃ pretia rerum variantur ex varietate regionum.

d *Plus autem quatuor*. Vt omnibus his modis à causa videatur cadere iure antiquo: vnde isti quatuor modi plus petendi patent in hoc versu. Plus petitur causa, vel tempore, reque, locoque.

e ¶ *Ratione*. A simili per contrarium

f ¶ *Petere*. vt hic & supra de fideiuss.§.fideiussores ita, ver. non solum.

*ADDIT. Plus petere (inquit Hotoma..) ante diem ideo dicimur, quod quemadmodum ait Vlp. in l.j.§.j.ff.de edend. dies solutionis, sicuti summa, pars est obligationis.

g ¶ *Sine commemoratione*. Id est, sine

Plus petit quatuor modis. versus.

ne vtilitate rei debitæ, vel interesse rei. nam est habenda ratio eius vtilitatis, si sua inter sit in loco destinato potius conueniri. Vel dic, cōmemoratione, idest mentionem faciens te de ipso loco; nam ipsum locum, vbi erat facienda solutio, in libello ponere debet; sic, Peto x. vt mihi soluas hic vel vbi soluere promisisti. vt hic, & ff. de eo quod certo loco. lege secunda. §. fin. post hæc nisi soluat, poterit eū conuenire vbicunque voluerit; dummodo conuētus habeat ibi forum, non alias, vt ff. de iudi. l. hæres absens. in fine. Sed Placen. dicit, quod vbicunque poterit eum conuenire, pōt etiam ibi, vbi non habet forū. & est pro eo. ff. de iudi. l. eū qui. & ff. de cōstitu. pe. si duo. §. sed & certo. Sed certè quod dictis legibus dicitur, vt quolibet loco possit conueniri, verū est idoneo, vbi conuentus habeat forum, vt ff. de mu. & hono. l. vt gradatim. § primo.

SYL. ¶ Adde quòd opinio glos. communis est; scilicet quòd debitor, qui in loco debito non soluit, possit ubiq; conueniri. ubi tamen sortitur forū, reprobata opinione Placen. qui uoluit, quod conueniretur etiam ubi forū non sortiretur; quam opinionem ego alius latè defendi.]

a¶ *Adimit.* idest, adimere desiderat; non tamen adimere potest.

adimit[a] ei pura intentione. Propter quam cām alio loco petenti arbitraria[b] actio proponitur:[c] in qua. s. ratio habetur vtilitatis, quæ promissori[d] competitura fuisset, si illo loco solueret, quo se soluturum spopondit. Quæ vtilitas plerunq; in mercibus maximè inuenitur, veluti vino, oleo: frumento: quæ, per singulas regiones diuersa habēt pretia. Sed & pecuniæ numeratæ non in oībus regionibus sub eisdem vsuris fœnerātur. Si quis tñ Ephesi petat. i. eo loco petat, quo vt sibi detur. stipulatus est, pura[e] actiōe rectè agit idq; etiā Prætor mōstrat. s. qa vtilitas soluēdi salua est promissori.

b¶ *Arbitraria.* idest, utilis certi condictio ex stipulatu, vbi si stipulatio intercessit, ut hic fuit; uel utilis certi condictio ex mutuo, ubi mutuum erat datum certo loco reddendum. Vel utilis actio ex testamento, ubi legatum est dandum certo loco. Nec enim est proprium nomē actionis, ut ff. de eo quod certo loco l. secunda. §. hæc autem actio. & l. si hæres, & lege, aut si mutua.

¶ Non tamen intelligas, quòd in his tantum casibus actio sit arbitraria, sed generaliter in quacunque actione stricti iuris, quæ potest esse arbitraria propter locum.] SYL.

c¶ *Proponitur.* idest tribuitur, uel datur, ut ff. de eo quod certo loco l. quod si Ephesi.

d¶ *Promissori.* Sed & actoris utilitas attenditur, & utriusque utilitas simul attenditur, ut ff. de eo quod certo loco da. opor. l. secunda. j. responso.

ADDITIO. Dic quòd interesse rei, si conueniatur in alio loco, semper æstimatur, sed non actoris, nisi reus fuisset in mora uel culpa, ut notat gl. Barto. & doct. in dicta l. ij. in principio. Angelus.

e¶ *Pura.* id est, non habita mentione uel ratione loci, ubi erat facienda solutio, ut diximus supra eodem §. Accursius.

¶ Huic

SYL. ¶Huic autem qui loco. Casus. Eadem ratione qua supra nō est figurandus. Perseuerat.n.Imp. in declaratione horū terminorū, & descendit ad declarationē huius uerbi plus quatenus respicit causā, demostrando quomodo quis plus causa petere dicatur, & dicit hoc esse, quādo actor agit contra reum debitorem alternatiue. s. huius vel huius rei nam si vnam de promissis simpliciter tāquam sibi debitam petat, dicitur plus petere causa: quia cū electio sit debitoris, licèt utraque sit in obligatione, tamen vna, quam.s. debitor elegerit, est in solutione: & ideo quia ui detur auferre agens electionem reo, petendo sibi certā rem assignari, dicitur plus causa petere. Qua ratione similiter dicitur plus causa petere, qui electionē debitori aufert non solū in obligatione alternatiua sed in quacunq; obligatione in qua electio sit debitoris. Nōt. qd plus causa petere dicitur, qui in alternatiua, promissione alterā eius partem simpliciter petit, cū electio sit debitoris. Itē qd idē est plus causa petere, & aduersario electionē prę ripere. Itē quòd obligatus in genere pt soluere quā speciē velit, quia debitor generis hēt ipse electionē. Itē quòd cōclusio in libello debet esse conformis qualitati obligationis: quia si est obligatio in genere, petatur & concludat in genere; si alternatiua alternatiuè, & sic de similibus. Itē qd sępe ea quę sūt uiliora sunt cariora.

¶ Declarat per exēpla qualiter plus petitur causa: vnde nota, qd in alternatiuis contractibus in dubio est electio debitoris. Aret.

¶ Huic aūt, qui loco plus petere intelligitur, proximus est is, qui[a] cā plus petit: vt ecce, si quis ita à te stipuletur, Hominem Stichum, aut decē aureos dare spondes? deinde alterū petat veluti hominem tantū, aut decem aureos tm. Ideo aūt plus petere intelligitur, quia in eo genere stipulationis, promissoris† est electio,[b] vtrū pecuniā, an hominem soluere malit. Qui igitur pecuniā tm, vel hominē tm sibi dari oportere intendit, eripit[c] electionē aduersario: & eo modo suā quidē conditionē meliorē facit[d] aduersarii verò sui deteriorē. Qua de cā talis in ea re prodita[e] est actio vt quis intendat hominē Stichū, aut aureos decē sibi dari oportere: idest, vt eodē mō peteret, quo stipulatus ē. Praeterea[f] si quis generaliter hoīem

† Adde tex in c. in alternatiuis; de regu. iur. li. 6.

a ¶Qui causa. Hāc causam electionem iam uocabit.

b ¶Electio. Nisi unū iā interiit, tunc enim alterū quod superest praestabit vt. ff. de eo quod certo loco. l. non utique. & facit ad hunc. §. ff. de iure do. l. plerūq; in fin.

¶Pro declaratione uide Bart. in lege Stichum aut Pamphillū. in prin. colum. secunda. versi. reassume ergo ff. de solu.] SYL.

c ¶ Eripit. Idest eripere uult.

d ¶ Facit. Idest facere uult.

e ¶ Prodita est. i. data. & est actio ex stipulatu, hoc modo. s. alternatiuè proponenda, ut dicitur hic.

f ¶ Praeterea. Hoc est aliud exēplū qualiter causa plus petatur.

a ¶ Tollit. Idest tollere uult.
b ¶ Maioris pretii est. Facit ad hoc ff. loc. itē quęritur. §. j. & ff. de condi. & demon. qd' traditū est. & l. seq. & ff. de in diē addic. l. si venditor. §. sed si neuter & ff. de usu & habi. l. fi. † & ff. de usufruct. hactenus. §. fina. & l. seq.

non habemus.
e ¶ Et nostra. Scilicet gręca, quam non habemus.
f ¶ Constitutio. Scilicet gręca, ut diximus, cuius sniā est, vt tps debeat duplicari cō uento, & oēs expensę sibi restitui, ut infra de excep. §. hodie autem.

† Ista ex bene facit ad proposi- tum, sed s v l. aliæ nihil faciunt.

¶ Sed. Casum non expedit figurare, quia text. ponit tantū correctionē iuris antiqui vt. s. plus tēpore petentibus duplicentur induciæ, plus re, causa, uel loco petentes puniantur pœna tripli. & hoc est, qd' notari debet ex hoc text.
c ¶ Sed hęc quidem. Scilicet quę diximus, vt plus petendo cadat à tota cā vt supra e. §. siquis agēs.
ADDITIO. Et cōsulit dominus Iason ad euadendū istas pœnas, quòd in libello semper adiciatur illa salutaris clausula, Saluo iure superflui, &c.

stipulatus sit, & specialiter Stichū petat: aut generaliter vinum stipulatus sit, & specialiter Cāpanū petat: aut generaliter purpurā stipulatus sit, deinde specialiter Tyriā petat: plus petere intelligitur: quia electionem aduersario tollit,[a] cui stipulationis iure liberū fuit aliud soluere, quā qd' peteretur. Quinetiā licet vilissimum sit qd' quis petat, nihilominus plus petere intelligitur: quia sæpe accidit, vt promissori facilius sit illud soluere, quod maioris[b] pretii est.

¶ Hodie contra plus petentē tpe duplicantur induciæ, & fit condēnatio ad omne damnū litis, petens verò plus aliis modis, in triplū sumptus, quē sustinuit reus, litis nomine est cō demnandus. hoc dicit. Angel.

¶ † Sed hæc quidē,[c] ātea ī vsu fuerāt: postea verò lex Zenoniana,[d] & nostra,[e] rē coarctauit. Et si qdē tpe pl' fuerit petitū, qd statui oporteat, Zenonis diuæ memoriæ, loqtur cōstō.[f] Sin aūt quantitate,[g] vel alio mō[h] plus fuerit petitū, in oē, si qd' fortè dānū ex hac cā acciderit ei, contra quē plus petitum fuerit, cōmissa tripli cōdēnatione (sicut supra diximus[i]) puniatur.[k]

g ¶ Quātitate. Et sic re.
h ¶ Alio modo. Idest loco, vel causa, vt supra. §. plus autem. Accur.
i ¶ Diximus. Vt supra eo. §. tripli. & ibi huius nostrę constitutionis gręcę sententia recitatur. Sed si nō solū petiit, sed etiā cautionē exegit, post litē contestatam amittit debitum etiā hodie, † vt C. de plus pe. l. i. quæ est huic contraria. Si ante litē contesta. pœniteret, nō punitur, † quia nō petit, sed petere vult, vt. ff. rem ra. ha. l. amplius nō peri. & ī d. l. C. de plus pet. l. vni.
k ¶ Puniatur. Scilicet condictione ex lege illa græca: cuius effectū habuimus

† Alids i. Et hac.
† Idem Fa. Pla. et Ang.
† Sequūtur Bal. Fa. Pla. Ang. et Ia. & ī gl. similis ī c. i. extra de plus pe.

d Lex Zenoniana. s. græca, quam

buimus supra eo.§.tripli. & in hoc §.plus autem.

* ADDI. Quod ait in tex. cōmissa condēnatione, sic accipe. Hæc vetus est locutio, vt hic docet Hoto. Nā cōmitti stipulatio, pœna, multa, hæreditas, legatū dicitur, quū id cōmissum est quàobrē debeat. Asconius, cōmissa dicunt, quæ contra testatoris voluntatem facta aut nō facta ab herede mulcta aliqua, pœnaque plectuntur.

† *Glo. in c. inter dilectos, super uer. addēdi. dicit, quòd arg. huius. §. in. libello sunt ponenda illa uerbā, Salua iure addendi &c.*

quū petere in eodē iudicio. Itē q petens minus debito nō fateē reū debitorē dūtaxat in summa petita. Itē quòd assertio libellantis hoc casu non nocet ei.]

¶ Petens minus quàm ei debeatur, potest coram eodem iudice rēsiduum petere. Aretinus.

¶ Si minus† intētione[a] sua cōplexus fuerit actor, quā ad eū pertineat: veluti si cū ei decē aurei deberētur, quinq; sibi dari oportere intenderit: aut si cū totus fundus eius eēt, partē dimidiā suā eē petierit, sine periculo agit, ī reliquū enim nihilominus iudex aduersariū ī eodē iudicio[b] ei condēnat,

a Intentione. i. libello intētionis: & hoc p errorē si. n. sciēter, donare psumit, sm quosdā. Sed cōtra puto, quòd nūq donare psumit, nisi tūc qn traditio fieret ab eo, qui donare psumitur, vt. ff. de reg. iur. l. cuius p errorē, hic aūt nō erat datio, sed quædam abstinentia. Vnde siue de reliquo sciat, qui agit, siue nō, tempore cœpti iudicii, locū habet. §. iste. *Donare nemo præsumitur.*

ADDI. Ista gl. in se & relata ad tex. nostrum est vera, & secundū Iaś. vnica & singularis, non tamē est simpliciter vera, inquātū dicit nunq psumi donationē, nisi interueniat traditio. prosequere ut per eum hic.

b In eodē iudicio. i. qñcunq; ante sñiam reliquū petierit, sine noua cōtestatiōe. sm quosdā, ut hic dicit: & hoc pp duas rōnes falsas. Vna quia pōt emendare libellū qñcunq; ante sñiam, ut dicūt; & est p eis. ff. de noxa. in delictis. §. si detra. & sic intelligūt. C. de edē. edita. Altera rō ē, qa sm eos ēt si nō petat vel pbet hoc actor, th iudex si scit, debet sm suā consciam cōdēnare reū, & est p eis ad hāc rōnē. ff. fin. regū. l. si irruptione. §. ad officiū. & ī hac sñia fuit dñs M. Sed certè secundū Io. positū est falsum, & duæ rationes malæ. Nam non potest quis immutare libellū.

Diuisio. ¶ Si filius. ¶ Diuiditur in duas partes. Primò, qñ minus petiit. Secūdo, qñ aliud pro alio per errorē petiit. Secunda ibi (Si quis aliud.) Are.

SYL. ¶ Si minus. Casus. Clarus est, aliquā tamen dubitationem faciebat in decisione tex. nostri indistinctè uolentis, quòd eius terminatio procedat, quia qui scienter minus petit, uidetē quasi reliquum remittere, quo nō obstante contrariū dicitur ea rōne, quia donatio non præsumitur, quando alia capi pōt cōiectura. l. cū de indebito. ff. de proba. non. n. debet impediri qui uoluit tantū debiti partem exigere, ne exigat reliquū. Sed maior erat dubitatio, quo mō hoc posset in eodē iudicio & corā eodē iudice: nō. n. pōt uideri in iudicium uenire, quod post iudiciū acceptum uenit, & sic post litē cōtestatā l. non pōt uideri. ff. de iudi. cuius cōtrariū dicitē in tex. nostro. sed tu intelligas tex. nostrū ante litē cōtestatā, prout oēs declarant in l. edita. C. de eden. No. ex hoc tex. quòd petēs minus debito pōt ante litē cōtestatā reli-

¶ Aduerte ne glo. te decipiat, quæ supra vsa est verbo emēdare, modo SYL.

immutare, quasi pro eodem quo ad terminos nostros supponant: quod est falsum. quia diuersam habent significationem l. edita. C. de eden. ibi emendari vel mutari.

¶ Nisi vsque ad litẽ contestatã: nec ẽt hodie post datũ libellũ: † quia sic dicit authẽ. ꝙ nõ habet necesse in primo libello ꝑsistere, vt in authen. de liti. §. omnem. colla. 8. Item quia non videtur in iudicium venisse quod post litis contestationẽ cõtingit, vt ff. de iudi. l. non põt. &. ff. de except. rei iudi. cũ queritur. & l. egi. Nec obstat quod hic dicitur, & q̃ dicit, eodem iudicio. nam dic. i. corã eodẽ iudice & ab eodẽ actore & reo. Nam & propter hanc causam, s. ꝑp identitatem personarũ, ẽt vbi prorsus aliud petitur, tamen dicitur iudicium idem, vt infra proximo. §. Itẽ non obstat. ff. de noxa. in delictis. §. si detracta. quia ibi ex eadem causa & eadẽ actione. & ad idẽ agebat̃ licèt eẽt variatio in quodã beneficio, quod dominus habet per l. vt possit pro noxa dare, vt infra de noxa. actio. §. summa. &. ff. de re iudi. miles. §. i. Itẽ alia ratio nõ est bona, quia nõ ẽm cõsciãm, sed secũdũ allegata debet iudex iudicare & pronunciare, vt ff. de offi. præsi. illicitas. §. veritas. nisi hẽat cõscientiã vt iudex, vt in d. l. ff. fini. regun. si irruptione. §. ad officiũ. & hoc in singularibus iudiciis. † Sed quid in vniuersalibus? Rñ. põt in eis adiici quãdocũq; ante sententiã, vt ff. de peti. hær. l. iiij. & l. si quo tẽpore. & sic intelligitur

C. de appella. l. fina. §. fin.

a ¶ Constitutione. Scilicet græca, quam non habemus.

¶ Si quis aliud pro alio. Casus figuratio pẽdet à dictis s̃ in præce. §. qui per multos si mul legit, iõ figura casum literaliter. Not. ꝙ petẽs per errorem aliud ꝑ alio põt errorem suum ante litem contesta tam corrigere, & petere, quod est sibi debitũ verẽ.]

b ¶ Intenderit. Scilicet si bi deberi.

ex constitutione[a] diuæ memoriæ Zenonis.

¶ Si quis per errorem aliud pro alio petierit, libellum mutare poterit. hoc dicit. Angel. Aret.

¶ Si quis aliud ꝑ alio intenderit,[b] nihil eũ periclitari placet, sed in eodem iudicio,[c] cognita veritate errorẽ suũ corrigere[d] ei permitti tur: veluti si is, q hominẽ Stichũ petere deberet, Erotẽ petierit: aut si quis ex testamento dari sibi oportere intẽ-

c ¶ In eodem iudicio. i. apud eundẽ iudicem: & dicitur idem iudicium propter identitatem personarũ, & iudicis, tamen verè aliud est. Sed nũquid nouę dilationes dabuntur? Respon. si potest esse instructus ex petitione prima ẽt ad secundam, non dabuntur, cum necessariẽ non voluntariæ sint dandę dilationes, vt C. de dila. l. prima. Nam si primo egit actione v. bonorũ raptorum, & postea mutetur, & agatur actione furti, satis põt esse reus instructus. Si autem sunt diuersæ petitiones, ut in hoc. §. dicitur, nouæ dilationes dandæ sunt, vt. C. de dila. l. prima. Item nunquid iterũ de calũnia iurabitur? Respond. sic, quia potest & in hac causa calumniari, vt. ff. de damno infec. lege qui bona fide. §. antepenul. & penultimo.

d ¶ Corrigere. No. ꝙ permittit̃ alicui errorẽ suum corrigere. Sed nunquid in veteri hẽt necesse persistere? Respõ. nõ secundũ h Se l hodie cõtra, vt in authẽ. de li. §. oẽm. col. 8. & ita intẽtab t veterẽ & nouã, nisi reo absoluto ĩ ueteri obiicia-

tur

† Cõtrarium tenẽt Pa. Placen. Ang. & Ia.

Iudiciũ dicitur idẽ propter personarum adẽtitatẽ

Iudex non secũdum conscientiã sed secũdum allegata debet iudicare.

† Nota se ꝯdũ Iaf. quòd iudex

qui ẽ sũ pra legẽ, ut Papa, Imperator, uel princeps cuius di ctũ habetur pro lege, debet semper secũ dum conscientiã suã iudicare, quare litercum que eam habeat, siue ex actis, siue nõ: alias peccaret. Itẽ nota, quod executor tenetur exequi sen tentiã ẽt contra propriã cõsciam, nisi in cã criali, et corporali, quia tunc iudex non debet exequi contra suã conscientiam, ut pulchrè per eũ.

tur exceptio rei iudicatæ in noua, ut quia sit eadem causa agendi, & eædem personæ, & eadem res, licèt alia sit actio. vt ff. de iureiu. l. duob⁹ §. exceptio & ff. de excep. rei. iudi. l. si mater. §. eandem. & l. cum quærit. Vel nisi actio prima† ita se habeat ad secundam, vt electione tollatur: qđ in casibus contingit, vt G. de fur. l. i. & C. si ser. exte. emi. se man. & l. j. & C. de codi. l. fin. & C. de pac. in ter empto. & vendi. l. com missoriæ. & ff. de tribu. l. quod in hærede. §. elige re. & ff. de le. ij. l. cũ filius. §. variis.

† Glo. in trat hic materiã cumulationis, de qua uide Bar. Bal. Saly. & Ia. in l. edita. C. de edē. & Io. Fab & Ange. hic.

derit,[a] qđ ex stipulatu debetur.

¶ Actiones omnes aut sunt persecutoriæ solidi, aut in quantum quis facere pōt, vel inquantũ habet: vt probatur in exēplis sequētibus. Aretinus.

¶ Sunt præterea quædam actiones,[b] quibus non semper solidum, quod nobis debetur, persequimur sed modo solidũ persequimur, modo minus: vt ecce, si in peculium filii seruiue agamus. Nam si non minus in peculio sit, quàm persequimur, insolidũ dominus paterue condemnatur: si verò minus inueniatur, eatenus condemnat iudex, quatenus in peculio sit. Quemad-

quitur, alias non solidum: ex quo sumus in diuisione nõ exigitur alia casus figuratio. dũ verò primò exēplificatur in peculio, ut. s. dominus vel pater aliquando insolidũ teneatur, aliquãdo nõ, rõ clarissima est, quia pater vel dominus cõcedēdo peculium non obligantur nisi quatenus est in eo: ita quòd non possunt exigi aut cõueniri nisi in id quod tenent. l. quoties. §. si semel. ff. de pecu. Nota ꝙ creditores peculiares serui aut filii non exigune nisi quaten⁹ est in peculio, deducto prius per patrē vel dominiũ qđ eis debetur.]

a ¶ Intenderit. s. sibi deberi.

Diuisio. ¶ Sunt præterea. ¶ Diuiditur ĩ duas partes. In prima ponit vnũ dictũ generale, videlicet quòd non omnis actio est persecutoria solidi. Secũdo illud per plura exempla probat. Secunda ibi (Vt ecce.) Item secũda sub diuiditur. Nã primò ponit exēplum de peculio. Secũdò de dote. Tertio, quãdo agitur cõtra patrē, patronũ, sociũ, vel donatorē. Quartò, quando agitur per cōpensationē. Quintò, quãdo agitur contra illum, qui bonis cessit. Secũda ibi (Itē si de dote) Tertia ibi (Sed & si quis cũ parente) Quarta ibi (Compensationes) Quinta ibi (Cũ eo quoq;) Aretinus.

8 T L. ¶ Sunt præterea actiones. Casus figuratio clara est, dũ enim primo declarat esse etiam alias actiones, per quas quis solidum debitum conse-

b ¶ Sunt præterea quædã actiones. Innuit hic quandã diuisionem actionum scilicet quòd aliæ sunt persecutoriæ insolidum. aliæ nõ, & hãc prosequitur vsque in finem huius titu. & non est ista diuisio de xii. diuisionibus. Nã prima est quòd aliæ sunt in rē, aliæ in personã, vt supra eo. §. oĩum. Secunda est, quòd aliæ sunt ciuiles, aliæ prętoriæ, ut s̄ eodē. §. sed istæ quidē actiones. Tertia fuit† supra eo. §. sequens. Quarta supra eo. §. omnes autem actiones. Quinta supra eodem. §. actionũ autē quædam sunt. Sexta est, quòd aliæ sunt temporales, aliæ perpetuæ. Septima, ꝙ aliæ sunt transitoriæ ad hæredes, aliæ non, ut infra de perpe. & tempo. actio. §. non omnes. Octaua est, quòd aliæ sunt famosæ, aliæ non, ut infra

Actionum diuisiones sũt. xii.

† Pōt sustineri, quòd tertia diuisio fuit in. §. præiudiciales, & isto modo diuisio. §. sequēs erit quarta Ias.

modum autē peculium intelligi debeat, suo ordine ꝓponemus.[a]

¶ In dotis restitutione condemnatur maritus inquantum facere potest. Aretinus.

¶ Item si de dote in iudicio mulier agat, placet eatenus maritū[b] condemnari debere, quatenus facere possit, id est, quatenus facultates[c] eius patiuntur. Itaque si dotis quantitati cōcurrant facultates eius, insolidū dānatur: si minus in tātum quantum facere potest.

¶ Propter retentionē quoq; dotis repetitio minuitur: nā ob īpēsas[d] in res dotales

infra de pe.te.lit.§. penul. Nona, ꝙ aliæ sunt directæ, aliæ vtiles, vt.ff.si qua.pau.feci.dica.l.pen. Decima, ꝙ aliæ directæ, aliæ contrariæ, vt supra de obliga. quæ ex quasi contractu. §.j.& ij. Vndecima quòd aliç singulares, aliæ vniuersales, aliæ generales. vt ff. pro soc.l. pro socio arbiter. Duodecima diuisio † est, quòd aliæ sunt simplices, aliæ duplices, vt fam.her.com mu.di.fini.regun. & quædam interdicta, vt infra de interdict. §.tertia diuisio. Est autem & hæc extrauagans, de qua hic dicitur.

a ¶ Proponemus, vt infra titu.j.§. cum autem.

Item si de dote. Casus In hoc uersiculo non est nisi literaliter figurandus, cum iam dictum sit in superioribus quæ ad hunc casum pertinent. ratio enim dubitādi poterat esse obligatio, qua quis tenebatur, quæ sicut erat potens ad exigendum solidum in cæteris, multo magis videbatur habere debere hāc potestatē in dote per infinita priuilegia dotium l.primæ.ff.solut.matrimo.cuius contrarium dicitur. visum enim est inconueniens, vt contra eum, qui fuit maritus & socius diuinæ & humanæ domus, agatur ita & excutiatur, ut ipse egeat. Nota maritum conueniri inquantum facere potest. *Itē* qd' facere posse, importat quatenus facultates patiūtur deducto ne egeat. Itē qđ dictio, i.est dictio expositiua.

b ¶ Maritum, vel eius hæredes, scilicet filios cōmunes; secus in extraneis hæredibus, vt.ff. soluto matri. l etiam filios mulieris. & l.maritum & l.sequenti.

c ¶ Facultates, vt tamen ipse maritus non egeat, † vt. ff. de re. iudi. īter eos & ff.de regu. iur.l. in condemnatione personarū.& hoc nisi dolo fecerit maritus, quominus possit, cautione exposita ab eodem de solido soluendo si ad meliorē fortunā peruenerit, ut C.de rei vxo.acto. §.cum autem.& ff.solu.matrim.l. etiam filios.§.licēt &. ff. pro socio.l. uerum est.§. id quod.

ADDITIO. Item nisi mulier ipsa esset pauper, ita vt ad ipsius victum tota dos esset necessaria. Item si res dotalis, vel alia acquisita ex re dotali extarent, quia non haberet locū beneficium istius textus, vt per docto. hic.

¶ Propter retentionē. Casus Clarus est.& imperator allegat rōnem suæ decisionis, quia impensæ in rem dotalem factæ minuunt ipso iure dotem. Not. quòd marito concessa est retentio dotis propter impensas factas in res dotales. Item quòd dos ipso iure minuitur propter expensas necessarias. Itē ꝙ licēt allegare l'r brum absq; eo ꝙ allegeē titulus.

d ¶ *Impensas* † Dic ꝙ impensæ aliæ necessariæ sunt, vt quibus non factis res erat peritura vel deterior futura.

† Dic ꝙ in isto ti. non ponuntur nisi sex diuisiōes prima. in §.i. secūda in.§. sed istæ iii. in §. sequens. iiii. in. §. oēs. v. in §. actionum. vi. hic. Tā. et ē de mente aliorū

† Et in hoc deducēdo debet attēdi mod' circa duo. primo circa quātitatem rei, cōsideratis facultatibus & conditione personæ, ut si possit operari, et habeat officium uel artificiū sibi computetur & fiat deductio istarum operarū nobilis uerò plus expendat quàm rusticus. Secundò circa quātitatem tpis puta annorū ipsius mariti factū dū formam. l. hæredi. tatem. in prīn. ff. ad l. fal. vt p Io.

Fab. & Ia. hic. ra: Aliæ vtiles, vt quibus non factis res nō erat peritura, sʒ eis factis res est melior futura. Aliæ uoluptariæ, que tantum rem exornant, vt.ff.de verbo.signi.impensæ.&.ff. de impē. in rebus do. fact. l. j. & l. quod dicitur j.§. vtiles. & l.uoluptariæ. In primis impensis dic, ꝙ minuant dotem ipso iure, si cōsistat in pecunia & specie: ut si est fundus,& pecunia in dotem data, quantum in fundum impenditur, tantum in pecunia ipso iure deberi desinit. Si verò solus fundus in dotem sit; tunc si tantum expenditur simul, vel ex diuersis vicibus quanti est fundus, tunc ipso iure desinit esse dotalis.

† Ista est melior glo. est magistra, & melior de toto iure ob materiā secundū Fa.Pla. Ang.& Ias.

factas, marito quasi retentio cō cessa est: qui a ipso iure necessariis sumptib. dos[a] minuitur: sicut ex latioribus Digestorum libris[b] cognoscere licet. ¶ In his quatuor casibus reus condemnatur inquātum facere potest. Ange. ¶ Sed & [c] si quis cum parente suo patronove agat itē si socius cū socio[d] iudicio societatis agat, ñ plus actor consequitur, quàm aduersarius eius facere potest. [e] Idem

hunc.§.intelligas, & quod dicit in litera, quasi, non denotat improprietatē, si est impensa necessaria, ut dictum est, sed si utilis vel uoluptaria, nullo modo locum hēt hic.§.

est spō in uxor. tamē ab alio cuius uoluntate factæ fuissent in re sua, bene repetūtur l.iii.§.i. ver. sed si mutua. de in rē ver.

a ¶ Dos. In pecunia consistens.

b ¶ Libris. vt. ff. de impē.in reb.do. fa. p totū.ti.

¶ Sed & si quis. Casus. Prosequitur Imper.casus, in quibus qs tantum conuenit inquātum facere possit, & primo in parentibus ea ratione, quia si egerent, teneretur filius alere. ad tollendū igitur circuitum exigendi,& postea alendi, introductum est, vt non exigantur à liberis nisi inquantum facere possint. secundo, in patrono ea ratione, vt coerceretur ingratitudo libertorū, & quia similiter tenentur eum alere. tertio, in sociis propter ius fraternitatis. quartò, in donatione ptopter ingratitudinis uitium. Not.collige ex prædictis.]

STYL. ¶ Dic secundum Iasonem per text. in d.l.quod dicitur, quòd ipso iure non desinit esse dotalis, sed bene potest petere expēsas, vel retinere fundum, donec sibi restituant expēsæ. ¶ Nisi mulier infra annum sponte marito impensas obtulerit. Si verò non tantum, non desinit esse dotalis sed tādiu totus vel pro parte retinetur, quādiu impensæ restituantur, ut ff.de impen.in rebus do.fac.l. quod dicit.&.ff.de iure do. lege si is qui. §.pen.& fi.& hoc in necessariis impensis. Si autē vtiles sunt, tunc per actionem nego.gest. vel mandati, si mandato mulieris fecit, repetūtur. Voluptariæ nō repetuntur, etiam si mandato mulieris factæ sunt, sed abraduntur sine læsione prioris status, vt C.de rei vxo.act.§.sed nec ob impensas.&.ff.de rei vend.lege in fundo. † Et secundū hāc distinctionem

Impensæ voluptariæ an possint abradi.

† Et hoc

c Sed & si quis. Scilicet filius vel libertus, qui agūt venia impetrata: aliàs puniūtur, vt supra eodē.§. pœnales.versicu.& in eum.

d ¶ Socio. Et se confitente sociū: aliàs non datur ei hoc beneficium, vt.ff.pro soc.si vnus.§.vlti.

ADDITIO. Quod verum intellige, si perseueret in negatione usque ad litem contestatam, & negauit in specie esse socium; aliàs secus, puta si in genere, ut Nego narrata prout narrantur,&c.secundum doctores hic.

e ¶ Potest. qđ semper accipe detracto tāto, ꝙ possit ide uiuere côuen-

tus,vt.ff.de regul. iur. lege in condemnatione.

a¶ *Ex donatione.* Ideſt, quando non poteſt ſoluere cũ donare promiſit.

b¶ *Conueniatur.* Scilicet conditione ex lege,ut C. de donat. l. ſi quis argẽtum.§. ſin autem.Et nota. quod hic ſolus conuenitur inquantũ facere poteſt deducto ęre alieno,vt ff.de re iudi. l. inter eos. §.i.&ii. & melius §.fin.

SYL. ¶ Compenſationes. Caſus Proſequitur Impera. exẽpla eius, quod ſupra proximè propoſuit, & dicit, ꝙ quoties euenit, quòd reus à quo petitur, ſit creditor actoris, compenſatione propoſita ſit,ut minus conſequatur actor,q̃ petierit. In quo aduertas ad duo, q̃ iudicio meo malè poſſunt ſaluari in hoc tex. primum eſt,quod hoc exẽplum non cadebat inter priora & ſequentia. nam ille, cui compenſatio opponitur,effectualiter conſequitur ſuum creditũ.quia re vera compenſatio eſt ſolutio.l. ſi debitor, ff.qui potio.in pigno.habeã. nec eſt verũ dicere, quòd conſequitur minus,q̃ ei debeatur, quia re uera conſequit totũ.nihil.n.intereſt,an ſoluat quis, an compenſet dicta lege ſi debitor, & ideo neque hoc exemplum cadebat in hac materia, neque verũ eſt qđ dicit Imp.quòd minus q̃ ei debeatur conſequatur, quæ not.licèt

eſt,ſi quis ex donatione[a] ſua conueniatur.[b]

¶Ratione compenſationis ſæpe minuitur intentio actoris. Areti.

¶ Compenſationes quoq; oppoſitæ plerunq;[c] efficiunt, vt minus quiſq; conſequatur, quàm ei debeatur: Nam ex bono & æquo habita ratione eius, quod inuicẽ[d] actorẽ & ea dẽ cã pſtare oportet, ĩ reliquũ eũ[e] cũ quo actum eſt condẽnat, ſicut iam[e] dictum eſt.

¶Impedit bonorũ ceſſio ne fiat inſolidum cõdẽnatio. Angel.

¶ Cum eo quoque, qui creditoribus[f] ſuis bonis ceſſit, ſi poſtea aliquid acquiſierit, quod idoneum emolumentum habeat, ex

ſit ponere os in cœlum. Nota. quòd cõpẽſatione minuit intẽtio actoris.

c¶ *Plerunque.* hoc dicit propter actionem depoſiti, & aliàs quaſdam, in quibus non obiciitur cõpenſatio vt ſupra eo. §. in bonæ ſi dei. &. C. de compenſati. lege finali. Accurſius Floren.

d¶ *Ex eadem cauſa.* hodie ex quacunq; cauſa & in quolibet contractu bonæ fidei vel ſtricti iuris, † vt ſupra eod.§. ĩ bonæ fidei.

† *Hæc gl. peſſime loquitur ſecũdum Iaſo. quem uideas plenius.*

e¶ *Iam dictum eſt.* ſupra eod.§.in bonæ fidei.

¶ Cũ eo quòque. Caſum figura pẽrte. Nota quòd cedens bonis in poſtea quæſitis habet priuilegium,ut non conueniatur à prioribus creditoribus niſi inquantum facere poſſit. Item no.inhumanum eſſe afflictis afflictionem addi.]

f¶ *Creditoribus.* quod fieri non poteſt antequam debitum agnoſcat, vel in iure confiteatur, vt.ff. de ceſ. bo.l.penulti.

Ceſſio bonorũ in duobus prodeſt.

*¶ Adde an valeat pactũ quòd debitor non poſſit cedere bonis,Bartol. in lege alia.§.fin.ff.ſoluto matrimonio.] Prodeſt autem hæc ceſſio, vt non deducatur debitor in carcerẽ, vt C.qui bonis cedere poſſ. lege prima.Et quòd in acquiſito poſtea conueniatur inquantum facere poſſit, vt ſubiicit. SYL.

*¶ Fallit, niſi ſub ſpe ceſſionis SYL.

contra-

contraxit, ut per Dynum in regula peccatum in fine libro sexto, aut nisi ī fraudē creditorū bona alienauit, vel si, quando contraxit sciebat, se non esse soluendo, vt ait Bar. in lege aliæ. §. eleganter. ff. soluto matrimo. & deniq; in quā plurimis aliis casibus deficit regul. huius. §. quos diligenter retulit Sozinus in tractatu fallētia. regu. quadragesima sexta & sequē. post Iasonē hic, & in §. item si quis in fraudem. num. 91. cum seq. supra eod.]

integro[a] in id, qd̄ facere potest, creditores experiuntur. inhumanum[b] enim erat, spoliatum fortunis suis insolidum damnari.

¶ Quod † cum eo qui in aliena potestate ē negociū gestū esse † dicit.

¶ Cognitio contractu seruorum ad obligandum dominum, erit cognitū quid de contractu filii ad obligandum patrem.

† aliâs quod cū eo contractum ē qui in aliena potestate.

a ¶ Ex integro. Videtur sibijpsi contraria litera, ꝙ ex integro, & in quā tū facere pōt cōueniat, ut subiicit. Sed sic intelligit̄, ꝙ insolidum cōueniatur, quandiu pōt soluere: hoc tn̄ est deducto semper, ne egeat, ut ff. de cessi. bon. qui bonis. & ff. de reg. iur. lege in condemnatione.

Cessio bonorum facta non semper conuenire qui cessit si ad pinguiorē fortunā peruenit.

ADDIT. Vel dic & lōge facilius ex integro. i. denuo, siue iterum, ut sit una dictio: & ita exponunt doctores periti. Et hic. s. ꝙ qui cessit bonis potest iterum conueniri si pueniat ad pinguiorē fortunā; uerū est, nisi pro eo iā sustinuisset pęnas corporales, uel cessionē fecisset culo nudo super lapidem: de hoc gl. not. in cap. sicut dignum, ext. de homicid. & in cap. peccatum, de reg. iur. in sexto.

b ¶ † Inhumanum. n. Bene dico, qd̄ inquantum facere pōt deducto &c. conueniatur inhumanum. enim &c.

Hæc lo. non habetur, uel in exē- larib.

¶ Quod cum eo &c. ¶ Qualiter conueniamur ex contractib. uel furtis nobiscum habitis dictū est, nūc qualiter cōueniatur ex habitis cum iis, quos in potestate habemus.

Y L ¶ Adde, ꝙ est falsa continuatio. Imperato. enim continuat seipsum, & reddit rationem, quare de his actionib. modo proponat, dicendo, quòd quia supra habita est mentio de actione, quæ datur in peculio, opus est modo dicere de his actionibus & cæte.] *Continuatio.*

† aliâs dicetur.

QVia tamen. ¶ Totus iste titulus diuiditur in sex partes. Primò ponit cōtinuationem rubricæ. Secundò, quòd filius & seruus ęquiparantur: ideo dictum in uno potest intelligi dictū in alio. Tertiò prosequitur de contractibus seruorum. qualiter & inquantum eorū dominus teneatur. Quartò illud extendit ad filios Quintò ponit vnum in filio, quod non habet locum in seruo. Sextò redit ad contractum serui. Secunda ibi (Et quia) Tertia ibi (Si igitur) Quarta ibi (Quæ diximus.) Quinta ibi (Illud propriè.) Sexta ibi (Illud in summa.) *Diuisio.*

¶ Casus. In simplici continuatione non est figurandus, quam declara ut supra diximus. Not. ergo continuandos esse titulos. Item quòd actio, quę datur in patrem vel dominum ex contractu serui uel filij, non dicitur de peculio, sed in peculio. Itē ꝙ actio de peculio & cæteræ, quę descēdunt ex contractu filij, dantur in patrem nomine filij. Nota etiam ꝙ filius & seruus fere in omnibus æquiparantur. Item, ꝙ no est cōueniens, quod paucis exprimi pōt multis exprimere. Itē ꝙ cognito vno de similibus cognoscitur aliud. Itē quod dictio fere, est dictio diminutiua. Item ꝙ quādo duo casus sunt à lege antiqua ęquiparati, correctio vel dispositio

tio facta in uno extenditur ad alium quod declara, si ęquiparatio est facta in illo casu, vt per Ias. in l. si constante. in v. col. ff. sol. matr. de quo, videnda sunt quę ponit Deci. in c. translato. in j. & ij. lec. de cōst.]

†*Aliàs autem.*

a ¶ Superius. vt supra titulo. j. §. actiones autem. & §. sunt præterea.

b ¶ Diligentius. quàm ş. dictū sit. Vel dic diligentius. i. diligenter.

c ¶ Ferè. hic dicit propter Macedonianū, quod habet locum in filijs, non in seruis, ut infra eodem §. quę diximus & propter alios casus, quos ibi dicemus.

Similiū eadē est disciplina. d ¶ Idem intellecturi. Nā similium eadem est disciplina, ut hic, & ff. de in rem vers. l. iij. §. proinde. & §. quoties.

SYL. ¶ Dic tamē, quòd similitudo in uno non arguit similitudinem in alio, ut per Areti. in l. ex facto. in. 6. no. ff. de vulg. & pupil.]

e ¶ In his. s. parente & filio.

f ¶ Ostendemus. ut infra eod. §. quæ diximus.

SYL. ¶ Si igitur iussu domini Casus. In terminorū declaratione simplici nō est necessarius nisi literalis i hoc. n. §. declarat Imper. tres eē actiones, i

QVia tamē superius[a] mentionē habuimus de actione, qua in peculium filiorū familiàs seruorúq; agitur, opus est, vt de hac actione, & de cæteris, quæ eorundē noie in parentes dn̄osve dari solent, diligentius[b] admoneamus. Et quia siue cū seruis negociū gestū sit, siue cū iis, qui in potestate parentum sunt, ferè[c] eadem iura seruātur, ne verbosa fiat disputatio, dirigamus sermonē in personā serui dominiq;, idem[d] intellecturi de liberis quoq;, & parētib. quorū in ptā te sūt. Nā si quid in his[e] propriè seruetur, separatim ostēdemus.[f]

¶ Dominus tenetur ex contractu serui insolidum, si contrahi iusserit, vel ipsum, vel liberum hominem, naui, vel alicui alii negotiationi præposuerit, actionibus cognominatis, Quod iussu, & exercitoria, & institoria. Aretinus.

quibus pater & dominus insolidū tenentur propter eorū consensum. Si ue.n. iusserint, mandauerint, cōsenserintve alio modo, ēt per ratihabitionem, filium, uel seruum certo casu obligari: tenentur naturali ratione, quā allegat Iureconsultus in l. j. ff. eo. quia cum eo contrahi videtur qui iubet. siue etiam naui vel negociatiōe pater aut dominus filium vel seruum præposuerint, similiter tenētur insolidum, & in exercitoria pſertim: quia æquum visum est, ut qui exercitorem naui imposuit, teneatur, quia plerunq; locus aut tempus non patiuntur dispicere de conditione exercitoris: maior.n. est necessitas cōtrahēdi cū magistro nauis, q̄ cū institore, ꝓut declarat tex. in l. j. ff. de exerc. Similiter ęquum uisum est prætori, ut quemadmodū cōmoda sentimus ex contractibus institorum, ita etiā ex eorum contractib. obligemur: tacite n. videmur hoc polliceri præponendo. l. j. ff. de instito. No. secundū Ange. quòd de iu. ciui. pater aut dn̄s nō tenebantur ex contractu filij vel serui, & hinc est, quòd prætor æquitate motus hæc adinuenit. Item, quòd pater

ter & dominus tenentur. Quod iussu insolidum. Item, quòd ille, qui cũ filio vel seruo contrahente iussu patris vel domini contrahit, videtur se qui fidem iubentis. Item, quòd vbi est eadem ratio, idem ius constituitur. Item, quid sit exercitoria, & quid institoria. Item, ꝙ exercitoria, ab exercitore, institoria ab institore est appellata. Item, ꝙ tunc tenentur pater & dominus, quando seruus vel filius negociatur in eo, in quo sunt praepositi. Item no. quòd huiusmodi actiones non solũ dantur contra dominũ vel patrem praeponentes seruos & filios, sed etiã contra quemlibet praeponentem, etiã liberum hominem, stante identitate rationis. Item, quòd identitas rationis facit, ꝙ casus nõ expressus sit comprehensus in casu iam decisio.

¶ Si igitur iussu domini[a] cum ser uo negociũ gestũ erit, insolidũ Praetor aduersus dominum actionẽ pollicetur: scilicet quia is, qui ita contrahit, fidem domini sequi videtur.[b]

¶ Eadẽ ratione[c] Praetor duas aliàs ĩsolidũ actiones pollicetur: quarũ altera Exercitoria,[d] altera Institoria appellatur. Exercitoria tunc hẽt locũ, cũ quis seruũ suum magistrum naui praeposuerit, & quid cum eo eius[e] rei gratia, cui praepositus erit, contractum fuerit. Ideo autẽ Exercitoria vocatur, quia exercitor, is appellatur, ad quẽ quotidianus nauis quaestus[f] pertinet.

¶ Institoria tunc locum habet, cũ quis tabernae forte, aut cuilibet negociationi seruum[g] suum praeposuerit, & quid cum eo eius rei causa, cui praepositus erit, contractum fuerit. Ideo antem institoria appellatur, quia qui negociationibus praeponuntur, institores vo

a ¶ Domini. Scilicet volentis cũ seruo cõtrahi: siue dirigat iussum ad seruum, siue ad cõtrahentẽ cum seruo siue subscripsit, siue quocunq; modo contractũ ratũ habuit, ut ff. quod iussu. l. j. §. j. & §. sed & si serui chirographo. & §. si ratum.

b ¶ Videtur. Vt etiã ab ipso domino debitum condici possit, ut j. eo. §. fi.

c ¶ Eadem ratione. Quia fidem domini sequi videtur, ut supra prox. §. in fine: Acc.

d ¶ Exercitoria. Quę perpetuo haeredi & in haeredem datur ut ff. de exer. si tamen. §. fi. (j) Idem in institoria, ut ff. de instit. l. nouissime. Idẽ etiam de in rem verso, ut ff. quando actio de pecu. est an l. quęsitum. in fi.

ADDITIO. (j) Dic hoc verum, si prima actio daẽ haredi vel cõtra haeredem, quia istę non sunt proprie actiones, sed adiectiones, ut habetur in d. l. si tamen. §. fi. secũdum Ang.

e ¶ Eius rei gratia. bñ dicit, eius rei gratia, nam si ob aliam rẽ, puta negocij sui, vel cum esset praepositus ad vehendum onus, ipse accepit mutuam pecuniam, non ad utilitatem nauis, non tenetur dominus, ut ff. de exercito. l. j. §. non autem.

f ¶ Quaestus. i. prouentus siue lucrũ. Sed magister appellatur, cui totius nauis† anchora. i. gubernatio commendatur, ut ff. de exercito. l. j. §. magistrum nauis. — Quaestus est lucrum. † Aliàs cura.

g ¶ Seruũ. Vel liberũ. ut i. fin. hui⁹ §.

a Vocan

a ¶ Vocantur. Not. quòd institoria à prępolito, sed exercitoria à præponente uocatur, ut hic. & supra eo. §. uersi. ideo autem exercitoria.

b ¶ Duas. p hoc quod dicit, duas, excludit primā Quod iussu.

Iuri idē statuat, vbi est eadem æquitas.

c ¶ Aequitatis. No. quòd vbi eadē est æquitas. idē ius statuendum est: sic ff. ad leg. Aquil. illud. & supra quib. mod. ius pa. pot. sol. §. pari ratione.

§ I. ¶ Introduxit Casus Non est figurandus in declaratione simplicis termini tributorię sed poti⁹ aduertendū est quòd dñs, qui habet seruum habentem peculiū, si conueniatur à creditoribus peculiaribus, habet priuilegium deducēdi ante omnia quod sibi & illis, qui in sua sunt potestate debetur: sed quia aliquando accidit, quòd seruus in rebus & mercibus peculiaribus sciente & non contradicente domino negociatur, & efficitur debitor alicuius: si à tali creditore conueniatur ex causa prędicta, tunc non habet dominus āplius illud priuilegiū, sed vocatur in tributum cū cęteris, hac tamen inter eos diuisione remanente, quòd dominus vocatur in tributum ex quacunque causa sit creditor, alij vero creditores peculiares vocantur solū, quatenus causa illarū mercium, in quibus sciente domino seruus negociatus est, se extendit. Notat summarium & declarationem prędictam.

d ¶ In Peculiari merce. Hoc caute dicit, non in dominica, ut ff. de institor. sed & si pupillus. §. penul. †

e ¶ Negocietur. Ad omnem quoque porrigit negociationem, ut ff. de tribu. l. illud. & l. j. §. licet.

f ¶ Eius rei causa. Nota quòd ad hoc vt competat ista actio, oportet quòd † sit contractum illarum mercium causa, aliàs non competeret, ut per Angel. hic.

g ¶ Minus. Hanc actionem tributoriam dicunt quidam nō dari nisi dominus primo distribuat: & dicunt q cogitur

† Ex quo §. apparet institoriā locum habere in merce dominica, tributoriam aūt in merce peculiari.

† Scilicet peculiaris mercis, non e'iā aliam.

cantur:[a] Istas tamen duas[b] actiones Prætor reddit, & si liberum quis hominē, aut alienū seruū naui, aut tabernæ, aut cuilibet negociationi præposuerit: scilicet quia eadem æquitatis[c] ratio etiā eo casu interueniat.

¶ Si seruus sciente domino ī merce peculiari negociatur, & tamē dominus aliquid recipere debet, vocatur in tributum vnà cū aliis creditoribus. Ar.

¶ Introduxit, & aliam actionem Prætor, quæ Tributoria vocatur. Nanq; si seruus in peculiari[d] merce, sciente domino, negociatur[e], & quid cum eo eius[f] rei causa cōtractum erit, ita Prætor ius dicit vt quicquid in his mercib. erit, quodque inde receptum erit, id inter dominum, si quid ei debebitur, & cæteros creditores, p rata portione distribuatur: & iō Tributoria vocatur, quia ipsi domino distributionem Prætor permittit. Nam si quis ex creditoribus quæratur, quasi minus[g] ei tributum sit, quā oportuerit, hanc ei actionem accommodat, quæ Tributoria appellatur.

¶ Ex contractu

initio cum seruo domino ignotã te tenetur dominus de peculio[a], vel in id quod in rem suã versum est: & dicitur versum in rem domini, si aliquid in rem domini impenderit necessario, iudex tamen debet prius inspicere vtrũ in rem domini sit versum, quàm de peculio condemnet. Areti.

¶ Praeterea ĩtroducta est actio de peculio, deque[a] eo, quod in rem domini versum erit: vt quamuis sine volũtate domini negocium gestum erit, tamen siue quid in rem eius versum fuerit, id totum praestare debeat: siue quid non sit in rẽ eius versum, id eatenus praestare debeat, quatenus peculium patitur.[b] In rem autem domini versum intelligitur, quicquid necessario in rem eius impenderit seruus: veluti si mutuatus pecuniã creditorib. eius soluerit, aut aedificia ruentia fulserit, aut familiae frumentum emerit: vel etiam fundum, aut quã libet aliam rem necessariam, mercatus[c] erit. Itaque, si

cogitur officio iudicis, & hoc colligitur ex hoc. §. quia dicit, minus. Sed dico quòd ante & post cõpetit, quia minus tribuit qui nihil tribuit, ut ff. de tributo. l. illud. §. si cuius dolo. & argumen. ff. de uerbo. significatio. l. minus, & lege uerbiĩ amplius. secundum ioan.

SYL. ¶ Adde quòd haec gl. communiter approbatur per doct. hic.

¶ Praeterea. Casus figuratio non est necessaria, cum persistat in declaratione terminorum de peculio & de in rem uerso. ita enim. impera. accurate examinat & declarat, ut nulla alia casus positione egeamus. exẽpla enim posita per imperato. rem omnem manifestam redd unt No. igitur, quòd actio de peculio & actio de in rem verso sunt diuersae. item dic, quòd necessaria erat actio de in rem verso vltra actionem de peculio ex rationibus positis per textum in lege prima in princi. ff. de in rem uer. item quòd actio de in rem verso oritur, quamuis sine uoluntate domini negocium sit gestum: quia oritur ex ipsa uersione in rem, non ex consensu, & propterea oritur etiam quamuis gestum sit contra uoluntatem domini, quando uersum est in eius utilitatem. item quòd actio de peculio datur eatenus, quatenus est in peculio: actio verò de in rem verso datur ad omne id, quod uersum est in domini vtilitatem. item quid dicatur versum in utilitatem: pro cuius declaratione uide regulam, quam ponit iurisconsultus. in lege tertia. §. & generaliter. ff. de in rem verbo. item nota. quòd omnes expensae hic enumeratae dicuntur necessariȩ. caetera, collige parte.

a ¶ Deq; eo. Caue tibi, quia de duabus actionibus simul dicit, scilicet de peculio, & de in rem uerso.

b ¶ Patitur. Facit ff. de pecul. lege si quis seruum. §. etiam. & hic adiunge. §. cȩterum. qui est infra.

c ¶ Mercatus erit. Facit ff. de in rem verso. lege iij. §. proinde.

a ¶ Ex decem. Quia quot sunt consumpti, in tot debet teneri, ut supra proximo. §.

b ¶ Damnari debes. Facit. ff. de in rem ver. l. si pro patre. §. idem.

c ¶ Licet. lio tm̃, sed gñale, quod dicit de omni eo, quod fit cũ eo, qui in aliena est ptãte, ut in eadẽ. l. §. verba aũt. Item nõ obstat dicta lex filius. in fin. quia quo ad effectũ proponit de in rẽ verso, qui proponit de peculio: nõ quoad Formulã. Et eodem modo expone: 'qđ hic dicit, una est actio de peculio & de in rẽ uerso. i. ille, qui proponit actionẽ de pecu. cõse quit effectum actionis de in rem uerso. Et quod subijcit duas hẽt condemnatiões. s. actio de peculio: unã. s. pro suo effectu & aliam pro effectu. s. actiõis de ĩ rẽ verso. Acc.

Textũ exponit.

